www.e-rara.ch

# Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini, medici & philosophiae professoris, libri XXI

Gessner, Conrad

Tiguri, anno 1548

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1936

Partitionum universalium liber IIII. De poetica.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PARTITIONVM VNIVERSALIVM LIBER IIII. DE POETICA.

## NICOLAO BRYLINGERO TYPOGRAPHO BASILIENSI DILIGENTISSIMO Conradus Geſnerus S. D.

QVANQVAM nullus mihi tecum familiaritatis uſus intercedat, humaniſſime Nicolae: libri
tamen in Officina tua nati, & diligentiſſime excuſi, in hanc te Bibliothecæ noſtræ partẽ uo=
candi, cauſa mihi fuerunt. Tu enim Dictionarium poeticum, & poetarum principis Vergilij
opera multis cum ſcholijs, & alios plærosq; ueteres poetas enchiridij forma in publicum de
diti: ut non minus propter hæc uolumina Germani noſtri tibi debeant, quàm Galli Roberto Stephano
ſuo & Colinæo Pariſijs, & Sebaſtiano Gryphio Lugduni, clariſſimis per uniuerſam Galliam typogra=
phis, qui & ipſi multos poetas elegantiſſime excuderunt. Scio te etiam alia multa, quorum gratia ſtu=
dioſorum omnium beneuolentiam mereris, in lucem protuliſſe, ut Xenophontem Græcum cum Lati=
na conuerſione è regione, & Nouum Teſtamentum ſimiliter, & alia quç iam non memini, licet ſuis plæ
raq; locis in utraq; Bibliothecæ noſtræ parte commemorauerim. Sic igitur pergas opto, ut pro fide ac di=
ligentia quam arti typographicæ adhibes, omnia tibi diuinitus feliciter cedant. Hoc unũ quin addam
& quæ ex animo ſentio profitear, temperare mihi non poſſum: ut te ac typographos tecũ omnes adhor=
ter, ea maxime poetarum opera nobis in poſterum euulgetis, quæ laſciuam gentilium linguæ intempe=
riem minime ſapiant, ſed fructus aliquid & ad rerum notitiam & ad religionem adferant: aut ſi quæ la=
ſciuiorum ſcripta eo prætextu, quod multa etiam bona, præſertim antiquam linguarum puritatem conti
neant, ædituri eſtis, non uniuerſa illa, ſed impudicis & Chriſtiano homine indignis uerbis atq; ſententijs
repurgata (quod boni alicuius & ſapientis uiri iudicio fieri poteſt) in uulgus emittatis. Spero equidẽ bre
ui ſalubrius inſtitutum in Chriſtianorum ſcholis confirmatum iri, ut ex caſtis & honeſtis authoribus re=
rum uerborumq; cognitio teneris puerorum & adoleſcentium animis infundatur, impudica uero &
flagitioſa quorundam ſcripta uel principum edictis, ſi non à mundo, à ſcholis ſaltem & ſtudiorum tyro=
cinijs exulent. Vale.

### TITVLI LIBRI IIII. DE POETICA.

TITVLVS I. *De poetica in genere, & quæ ad eius laudẽ aut reprehenſionem ſpectant: De arte poetica: Carminum genera & differentiæ.*
II. *De fabulis ſiue figmentis poeticis ordine literarum.*
III. *De poetis qui Bucolica & Aeglogas ſcripſerunt.*
IIII. *De Georgicis.*
V. *De poetis in genere, illis præcipue qui hexametris uerſibus ſcripſerunt: partes ſunt tres.*
1 *De poetis Græcis.*
2 *De poetis Latinis uetuſtioribus.*
3 *De recentioribus poetis.*
VI. *De fabulis, quas Græci dramata uocant: cuius partes ſunt 4.*
1 *De fabulis in genere, & quæ ad fabulas earumq; apparatum pertinent.*
2 *De authoribus fabularum Græcis: primum illis, quos ſimpliciter fabulas (ſiue comœdiæ ſiue tragœdiæ fuerint) ſcripſiſſe noueramus: deinde illis, quos comœdias ſcripſiſſe nobis conſtabat.*
3 *De comœdijs Latinis antiquis & recentioribus: & dramatibus nonnullis alijs, quæ comœdijs quidem ſimilia ſunt: non proprie tamen comœdiæ dici poſſunt.*
4 *De tragœdijs.*
VII. *De poematis: partes habet quatuor.*
1 *De Satyris & epiſtolis carmine ſcriptis.*
2 *De Syluis.*
3 *De Hymnis.*
4 *De Elegijs.*
VIII. *Titulus minorum poematum: partes habet 7.*
1 *Poemata minora uaria, in genere primum: deinde ſecundum argumenta quædam.*
2 *Genethliaca.*
3 *Epithalamia.*
4 *Epitaphia, & Epicedia.*
5 *Odæ.*
6 *Carmina.*
7 *Epigrammata.*

# LIBRI QVARTI DE POETICA TITVLVS I. DE POETICA IN GENERE, ET quæ ad eius laudem aut reprehenſionem ſpectant: De arte poetica: Carminum genera & differentiæ.


DE POETICA Vincet. Bell. li. 4. Speculi Doctrinalis. Sophilogiũ Iacobi Magni 1. 2. 4. & 1. 2. 5.
De poetica et carminis ratiõe Ioachimi Vadiani liber, cuius titulos 32. Tomo 1. enumerauimus.
Poeſis & poetæ, Octauianus Mirandula: Bruſonius, 5. 13.
De poetica et poetis, Lilius Greg. Gyraldus, et Ang. Polit. in Sylua Nutricia.
De poetria et poeta, Hierem. Paduanus 3. 6. 1.
Poetices laus, Cæl. 7. 2. & 7. 1. Aeneas Syluius epiſt. 111. Philip. Beroaldus, M. Antonij Sabellici oratio.
Poetices defenſio per Auguſtinũ Moravum, & Iaco. Locher Philomuſum.
Apologia poetarũ aduerſus Eratoſthenem, Cælius 7. 1.
De poeticæ artis origine atq; eius præſtantia, Polydorus 1. 8.
Poetices origo, Cælius 7. 4.
Vera poeſis à Deo & ad Deum, Marſil. Fic. lib. 1. epiſt. 28.
Poeticæ furor à Deo eſt, Marſil. 1. 52.
De furore poetico, Plato in dialogo qui Ion uel de Iliade inſcribitur.
Poeſin eſſe inſaniam quandam, Cælius Rhod. 7. 1.
Quos poetas amarint dij, Cælius, 15. 1.
Quod tria ſint genera poeticæ, & primum de diuino, Proclus in rempub. Platonis ex noſtra translatione, cap. 22. De ſecundo, quod rationale nominamus, cap. 23. De tertio quod imitatorium uocatur, ac in coniecturale et phantaſticũ ſubdiuidit, ca. 24.
De prima ſpecie furoris à Muſis, Cornelius Agrippa 3. 46.
Ad inuidos quod fama poetarũ ſit perennis, Ouidius Elegia 1.
De poetarum interpretibus, Ang. Politianus Miſcellaneorum cap. 4. Poetarũ interpretes ὑπομνηματισὰς uocãt.
Quàm multa eis legẽda, Politia. ibid.
Poetice & ars ſaltandi quæ cõmunia habeant, Plutarchus Sympoſ. 9. 15.
Qua ratione dictum ſit, Poetam ſanè amor docet, Plutarch. Sympoſ. 1. 5.
¶ Vnde cõmotus Plato poeticæ genus imitatoriũ, & ſimul Homerũ, quatenus author eius uideť, adeò reprehenderit, Proclus in remp. Platonis cap. 27. noſtræ uerſionis.
In quo damnandos cenſuerit poetas Plato, qui ne Homero quidem pepercerit, Cælius 7. 2.
De lege à cenſoribus lata, qua poetarũ maledicẽtia reprimereť, Crinit. 20. 9.
Scommata in poetas, Anthologij Planudis lib. 2. ſectione 40.
De hoc, Ne fortè, ſicut ait Pindarus, iuxta Simonidem, Muſam argenteam faciamus, non amplius proſpicere ad pauperes, Tzetzes 8. 228.
Quando ipſa poetice in urbem acceſſit, tum fuiſſe graſſatores dictos à Romanis poetas: & Horatij uerſus expoſiti, Crinitus 5. 4.
Ad amicum monentem ut exilium carminibus oblectaret, Ouid. Triſt. 5.
De licentia ueterum poetarũ in notandis hominibus, Crinitus 20. 9.
¶Poeta unde dicatur, Cælius 7. 4.
Poetam nõ dici niſi ſummum, Cæl. 7. 6.
Poetę, Anthologij Planudis lib. 1. ſectio. 67. Poetarũ epitaphia, li. 3. ſect. 25. Imagines poetarum, lib. 4. ſect. 26.
Stoicos inopinatiora quàm poetas aſſeruiſſe, Plutarchus.
De poetis liber Dionis Chryſoſtomi, Romæ ſeruatur.
In poetas Hermolaus Barbarus, Ge. Maior ex poetis, Bruſonius 5. 13.
Poetę rhapſodi, arnodi, ſtichodi, Cælius Rhod. 7. 29.
Poemata uirgæ apta, ibid.
Carmina, Octaui. Mirand.
Poetæ quidam ante Homerum, Aelianus Variæ hiſt. Græcæ, fol. 47.


Quod

Quod antiquum ſit poetices certamen, Plutarch.Symp.5.2.
Carminibus contendunt apud Theocritum, Idyllio 8. & 5. & 9. Et paſtores in Aeglogis Vergilij.
De poetarum tempore apud Romanos, Auguſt.Dathus, 11. Strom.1.
De Romanis uatibus antiquiſſimis, eorumq́; hymnis & canticis, &c. Crinitus 16. 9.
Lacedæmonioru͂ poeta, Aelianus Var. hiſt. Græcæ, fol. 63.
Helotum poeta, ibidem.
Quod uinu͂ poetæ ſit uice equi, Cælius Rhod.28.35.
Diuitum conſuetudo ad poetas, Baptiſta Mantuanus Egloga 5.
De poetarum infelicitate, & theologorum laude, Fauſtus.
De audiendis poematibus ab adoleſcentibus, Plutarchus: & nos in dialogis Martiali caſtrato adiunctis. Vide libri primi Tit.1.parte 10.
Poetas quo pacto citra noxa͂ legas, Cælius 7. 3.
De poetis, qui fructus ex eis, & qui audiendi, quiq́; repudiandi ſint pro rei militaris ſcientia, Valturius 2. 3.
Iudiciu͂ à poeta Marullo factum de Latinis poetis, & quo uitio notati ſint, aut quo ordine habendi, Crini.23.7.
¶De uitis & ſcriptis omniu͂ poetarum Lilius Greg. Gyraldus.
De cœtu poetarum, Michaël Marullus, & Octauius Cleophilus ueterum in utraq; lingua poetarum nomina recenſens.
De poetis Latinis libri 5. Petri Criniti.
De poetica & poetis, Angel. Politianus in Sylua nutricia.
¶De poetica liber Ariſtotelis, quem Alexander Paccius Latinum fecit: nos in tabulam redegimus, quę uel Commentarij inſtar eſſe poſſit. Fr. Robortelius in Paccij translatione͂ pauca quædam animaduertit. Extant etiam Aug. Niphi & Auerrois commentarij.
Artis metricæ tractatus, Io. Petri Paſcutij. Sed de Proſodia et ſyllabaru͂ quantitate, in Grammaticis dictum eſt.
De poetica, Raph. Volaterranus, Vallerandi methodus, Georgij Vallæ lib. 1. De arte poetica, M. Hieronymi Vidæ lib.3.
In Q. Horatij Flacci librum de arte poetica commentarij, Acronis, Porphyrionis, Iani Parraſij, ſimul impreſſi Pariſijs: Item Iodoci Vuillichij, & Henrici Glareani.
De perfecti poëtæ inſtitutione Nicola. Erythræus. Morte præue͂tum authorem puto antequam perficeret.
De floribus, figuris, & poetica uirtute, Ant. Mancinellus.
An poeta naſcat̃, orator fiat, ſicuti uulgo receptum eſt, Cælius 7. 4.
De ſtilo poetico, Marſilius Fic. lib. 9. epiſtol. 16.
Poetica imitatio cuiuſmodi ſit, Cæl. 7. 3.
Platonem tribuere Euripidi Sophoclis uerſum, & inueniri uerſus uerbis iiſdem, aut paucis ſyllabis immutatis apud diuerſos poëtas temporibus uarijs natos, Gellius 13. 17.
Virgilius quomodo & quos locos Homeri imitatus ſit, Macrobius in Satur. Vide ſupra lib. 1. Tit. 15. de imitatione & ſtylo.
Clementis Stromatum fragmentum de futuris poëtaru͂, cum Heraclide Pontico noſtro excuſum.
De antiquorum proprietate in carmine in rebus exprimendis, &c. Crinitus 10. 9.
Vide Nicolai Erythræi obſeruationes, quas Virgilij operibus apud ipſum excuſis præfixit.
De prologis poetarum, Io. Tortellius de Orthographia in mentione prologi.
De epithetis poëtarum, Macrob. Satur. 5. 14. De iiſdem aliquid in Rhetorica Ariſtotelis ad Theodecten.
De epithetis Vergilij, Macrob. Satur. 6. 5.
Epithetoru͂ ſpecimen pro poetis, Ioan. Rauiſij.
Enchiridion poeticum, quod continet epitheta ſubſtantiuoru͂, cum eorundem hemiſtichijs, carminum clauſulis, periphraſibusq́; Vergilij, ac aliorum poetarum, Ioan. Schottus excudit Argentinæ 1514. in 4. chartis 25. ſine nomine authoris.

Oratori poetam eſſe finitimũ, Cæl.7.1.

De poeticis numeris, Ioan. Iouin. Pontanus, in Actio dialogo.

Oratio ſoluta poeticis numeris & modis exornanda eſt, Marſilius 3.3. Cicero etiã, & Quintilianus, & alij plæriq;, quorũ libri de rhetorica extant.

Harmoniæ poeticæ Pauli Hofheimeri.

De uerſibus tempeſtiue pronũciatis & intempeſtiue, Plutarchus Symp.9.1.

¶ De politiſſimi carminis examinatione, Ang. Decemb. parte 69.

Cuiuſmodi ſit in poemate uitium, quod dicatur λογοειδεια, Cælius 7.6.

Logoidica metra, Cælius 15.26.

De ratione carminum Victorinus.

De modulorum ſuorum expoſitione in hymnis D. Mariæ, ubi 52. metrorum genera inducit & exponit, Rugerus de Venray.

De origine metri, & metrorum plura eſſe genera, Polyd.1.9.

Apud Q. Terentianum plurima carminum genera proponuntur: item in Pindari Olympijs, Pythijs, &c. à principio cõmentariorum in ſingula Epinicia. Plura de metrorum generibus uide lib.1. Tit.7.

Hephæſtionis Alexandrini libri de metrorum differẽtijs, & de pedibus metrorum.

Carminum genera, Cælius 7.4.

Monodia quid, & quæ monodica grammaticis, Cælius 7.4.

Qui ſint uerſus procælij, ſphecodes, lagari, myuri, acephali, Cælius 4.5.

¶ Hexametrum qui cecinerit primus, Cælius 16.19.

Quod M. Varro in herois uerſibus obſeruarit rem nimis anxiæ & curioſæ obſeruationis, Gellius 18.15.

De dactylicis ac ſpõdaicis numeris non nihil, Crinit.24.7.

Iambe, Iãbici carminis origo, Cæl.15.31

Declarati uerſus Auſonij & Ouidij ſuper Choliambo, aut ſcazonte, Politian.1.64.

Dithyramborum primus author quis: Dithyrambus Harmatideus: uide indicem Latinæ æditionis Colonienſis.

Dithyrambici poetæ, Cælius 7.5.

Arimaſpij uerſus, uide ibidem.

Artificioſa quædam carmina Tzetzis, cancri & alia, excuſa in fine libri cũ Heraclide Pontico noſtro: leguntur etiã quędã apud Athenæum alicubi.

Pentapodes Hermanni Buſchij.

Acroſticham uocant ſententiã, quæ ex primis ſingulorum uerſuũ literis colligĩt, qualia extant Sibyllina quædã.

Multa ualde ingenioſa ſunt apud Rabanum Maurũ, quorũ ſpecimen etiam poſuimus in primo Tomo. Non pauca huiuſmodi Lilius Greg. Gyraldus in opere ſuo de poetis ꝓponit. Vide etiã inferius in Epigrãmatũ mẽtione.

De ſillis pulchra, Cælius 15.25.

De ſillographis authoribus nonnihil, Crinitus 1.3.

Phallica carmina uel ithyphallica, item oſchophorica, Cælius 7.16.

Phallophori, Cælius 6.17.

Verſus Mineruij, Ianales, Iunonij, Crinitus 16.9.

Saturnij uerſus, Iouij, Ianales, Cęl.25.30.

Quadrati uerſus, Cælius 18.15.

Amœbæa carmĩa, Theocritus Idyllio 1.

De uerſiculis in quibus echo Græcula recantet, Politian.1.23.

De quibuſdam carminum aut poematum generibus, etiam in ſequẽtibus ſeorſim dicetur, ab initijs titulorum quorundam.

Elucidarios poeticos, quibus ꝓpria nomina diuerſa, & hiſtorię fabuloſę explicabantur, in Onomaſticon noſtrũ Ambroſij Calepini Dictionario antehac ſemel aut iterum adiunctum, breui autem ſeorſim (ut ſpero) publicandum, inſeruimus.

Aerarium poetarũ neſcio cuius authoris excuſum eſſe audio.

Margarita poëtica Alberti de Eyb.

Sentẽtias ex diuerſis poetis collegit Io. Murmellius, nullo ordine niſi ꝙ omnes unius poetæ gnomas coniungit. Georgius Maior & Octauianus Mirãdula in locos cõmunes digeſſerũt. Sed huiuſmodi collectanea quædam in Grãmaticis receſuimus, Titulo 13. cum de locis cõmunibus ageremus, & in Ethicis etiam ſententias morales tam ex poetis quàm alijs authoribus excerptas non præteribimus.

*¶ Poëtarum & poëmatum differentiæ ſecundum genera quædam carminum, aut argumentum.*

Aſmatographi, Lilius Gre. Gyraldus de poetis, pag. 90. Vide plura ibidem de poetarum differentijs ex Zeze.

Cinædicorũ carminũ ſcriptores, Lilius Gre. Gyraldus de poetis, fol. 150.

Poetarum genera, Cælius 7. 4.

¶ Soteria Io. Dantiſci. Epithalamia, genethliaca, epitaphia, &c. inferius dicentur. Vide plura infra circa finem primæ partis Tituli 8.

Hendecaſyllabi Põtani amatorijs & nimiũ laſciuis carminibus referti. Martialis etiam non pauca habet hendecaſyllaba ſiue Phalecia.

C. Valerij Catulli carmina diuiduntur in Lyrica, Elegias, & Epigrammata.

Horatius poeta Lyricus diuerſa opera ſcripſit, quorum alia alibi in ſequentibus nominabũtur. Qui in Horatij omnia ſcripſerint uide Tituli quinti parte 2.

In Pindarum Lyricũ ſcholia Demetrij Triclinij.

Appendix Lyricorum uerſuum Iacobi Sentini.

Ioan. Pontani carmina lyrica de uarijs rebus.

Lyricorum omnis generis Fr. Philelphi libri 6.

Lyricum carmen ad Septimium Seuerum, Statij lib. 4. Syluarum: & aliud lyricum ſapphicũ ad Maximum Iunium, ibidem.

De cæteris, ut Comicis, Tragicis, Satyricis, &c. mox ordine dicemus.

## TITVLVS II. DE FABVLIS *poeticis, ordine literarum.*

DE fabulis illis, quæ ad deos gentiliũ pertinent, nihil in præſentia dicemus: neq; de moralibus, quales Aeſopi & ſimiles ſunt: neq; de aliorum authorũ fabuloſis hiſtorijs (primum enim genus in Metaphyſicis et theologia ethnicorũ, alterum in Ethicis, tertiũ poſt ueras Hiſtorias locum habebit) ſed illas tantum quæ à poetis extra theologiam ipſorum confinguntur, ordinem literarum ſecuti, aliqua ex parte cõſcribemus: nam qui plures aut omnes uoluerit, ex indicibus qui in poetas aliquot confecti ſunt, & illo maxime qui Athenæo Baſilienſis ædi tionis præfixus eſt, noſtra augere poterit: itẽ ex iconibus utriuſq; Philoſtrati.

De utilitate fabularũ, Philip. Melanchthonis oratio, ultima inter Declamationes eius.

Poeticarum narrationnm, Gilberti Cognati libri 2.

Bartolemæi Colonienſis epiſtola mythologica.

Liber Græcus continens fabulas poeticas, extat Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Michaëlis Pſelli allegoriæ poeticæ, Antonio Ludouico interprete.

Fabulæ plurimæ exponuntur in Commentario Procli pro Homero & arte poetica (quem nos trãſtulimus) cum de dijs, tum aliæ quædam.

Multas poetarum fabulas habent, Hyginius, & Arati Latinus interpres innominatus ab Aldo excuſus.

In mythologias Fulgentij Commentarius Iacobi Locher Philomuſi.

Fabulas poetarum enarrat Leontius.

Multæ fabulæ poetarum alchymiſticè enarrantur à Ioanne Braceſco.

Triplici ſemita incedere, qui fabulas allegorice interpretentur, Cælius 18. 6.

¶ De ijs qui Metamorphoſin apud Græcos ſcripſerint, Leonicenus 3. 61. & Aldus in præfatiõe in Metamorphoſin Ouidij apud ſe excuſam.

P. Ouidij Naſonis Metamorphoſeon libri 15. cum commentarijs.

Fabulas Metamorphoſis his libris deſcriptas ferè omnes, adiectus index recenſet: & nos etiam in ſequentibus ordine alphabeti enumerabimus aliquot: ſi quæ enim omiſſæ ſunt, aliò retulimus.

Epitome in Ouidij Metamorphoſin uerſibus hendecaſyllabis Frãciſci Nigri.

Vide inferius Tituli quinti parte 2. qui in Metamorphoſin ſcripſerint.

Gleba in puerũ, Ouidius Metamorph. lib. 15.

Duo iuuenes ex rogi fauilla, Ouidius Metamorph. lib. 13.

Aeolus cur uentorum rex, & Aeoli pi-

læ quid ſint, Cælius 20.18.
De transformatione, Luciani Alcyon.
Aloadæ qui dicantur, Cælius 20.23.
De Amphione & Zetho: nec non ab Epopeo & Nycteo ob Antiopen filiã decertatis prælijs, recondita hiſtoria, Leonic. 2.43.
Anaxarete puella in ſaxũ, Ouidius Metamorph. lib. 14.
Antiope, uide Amphion.
Atalantæ forma, Ouid. Metamorph. 8.
De Atlante ac filiabus allegorice quæpiam, ex Græco penu pcerpta: Maia ſeu Mæa quàm uariè uſurpet̃ à Græcis authoribus: hyades, pleiades, Athla quid, Cælius 16.16.
De Attæ fabulis, Crinitus 18.4.
Bellerophon, uide Dædalus. De Bellerophonte Tzetzes 12. 436. Cælius, 30.34.
Boreades, uide Dædalus.
Briarei allegoria, Cælius 24.14.
De Briareo, Cælius 7.20.
Calais, uide Zetes.
De Carpione piſce lacus Verbani lo ã. Pierij fabula.
Cephalus Procris maritus in aliam figuram, Ouidius Metamorph. 7.
De Cephalo Leonic. 3. 50.
Cocalus, uide Dædalus.
Chimæræ allegoria, Cælius 14. 6.
Chimæram allegorice tres indicare rhetoricæ partes: uel item uitiorum multiformem uim, Cælius 13.9.
Cænis puella in marem, Ouidius Metamorph. 12.
Coronis in cornicem, Ouid. in Metam.
Cyane nympha in ſtagnum, Ouid. Metamorph. 5.
Cyclops excæcatus qui ſit, Cyclopei ludi qui, Cælius 24. 28. Horatij carmen expoſitum de Cyclope in ſcena ſaltante: & de Cyclopeis ludis ex ueterum authoritate, ac Lucilij uerſus de Polyphemo, Crinitus 17.3. Polyphemus, Theocritus Idyllio 6. & 11. et Homerus Odyſſeæ libro.
De Dædali Cocaliq; filiabus hiſtoria, Leonic. 2. 73. De Dædali fuga ad Electridas inſulas, Leonic. 1. 83. De fabuloſis alatis Dædalo, Perſeo, Boreadibus, Bellerophonte, Tzetzes 12. 409.
De Danaë, Leonicen. 2. 45.
De Daphne Arcadica, alia quàm quæ uulgò fert̃ hiſtoria, Leonicen. 2. 74.
Dryope in arborem, Ouid. Metam. 9.
De Pœnitẽtia Epimethei filia, Tzetzes 6.87. De Epimetheo, Cælius 7.20.
De diluuio Deucalionis & mutatis in homines lapidibus, Tzetzes 7. 134.
Metra Eriſichthonis filia in uarias figuras, Ouidius Metamorph. 8.
Taurus Europæ, Cælius 16.17.
Europa in Phœnicia in Cretam, Ouid. Metamorph. 2.
Epaphus, uide Phaëthon.
Epopeus, Leonicen. uide Amphion.
Galanthis in muſtelam, Ouidius Metamorph. 9.
Gigantum prælia, Cælius 30. 33.
De gigantibus Politian. 1.18.
Gorgophone, Cælius 28.22.
Gorgo, Theocritus, Idyllio 15.
Hermaphroditus cum Salmacide nympha copulatus, Ouidius Metam. 4.
Hyades, uide Atlas.
De Iapeto, Cælius 7. 20.
Iphis puella in marem, Ouid. Metam. 9.
De Iphiclo, Tzetzes 9. 294.
De Ixionis rota, Tzetzes 9. 273.
Leucippi fabula, Io. Pierij.
Lichas in ſcopulũ, Ouidius Metam. 9.
De Lynceo, Tzetzes 2. 40.
Maia, uide Atlas.
De Marſya, Tzetzes 1. 15. & 7. 106.
Meleagri mors, Ouidius Metamorph. 8. Althææ fratres à Meleagro cæſi, ibid. Stipes in quo Meleagri uita, ibidem. Meleagri ſorores in aues Meleagrides, ibidem.
Muri uocales, Ouidius Metamorph. 8.
Nape, quã Acon amabat, inuidentibus nymphis, in napum conuerſa, Pontanus in Aegloga Acone.
De flente in Sipylo lapidea Niobe, Tzetzes 6. 63. & 4. 141.
Quàm diuerſæ ſint Græcorum ſententiæ ſuper numero Niobes filiorum, Gellius 20. 6.
De ſtatua Niobes à Praxitele, & ibidem Auſonij poetæ nobile epigramma ex Græco, tum de eadem Niobe ex Pauſaniæ commentarijs, Crinitus 11. 4.
Niobes filiorum mors, Ouidius Metamorph.

tamorph.6.
Narciſci fabella, Cælius 26.21. Philoſtratus in iconib.
Niſus in haliæetum auē, Ouidius Metamorph.8.
Nycteus, uide Amphion.
Pandora, Heſiod. lib.1. Cælius 7.20.
Penthei hiſtoria, Ouid. Metamorph.3.
Periclymenus Nelei filius in uarias figuras, Ouidius Metamorph.12.
Perſeus, Tzetzes 12. 436. & Leonicen. 2.45. De Perſei geſtis, Ouid. Metamorph.4. Vide Dædalus.
Phaëthontis caſus, Ouidius Metam.2. Phaëthontis Epaphiq; contentio, Ouidius Metamor.1. De Phaëthontis populis, Tzetzes 4.137.
Philoctetes, Crinitus 3.12. Sophocles.
Phryxus, Cælius 30. 34.
Pleiades, uide Atlas.
Polyphemus, uide Cyclops.
Procne, Tzetzes 7.142.
Procris mors, Ouidius Metamorph.7. Vide Cephalus.
Prometheus ſiue Caucaſus, Lucianus. De Prometheo Tzetzes 6. 82. De Promethei ara Athenis in Academia, ubi currentiū cum lampadibus erat certamen, Leonic.1.20.
Salmacis, uide Hermaphroditus.
De Salmoneo contratonante Ioui, Tzetzes 7. 107.
Scylla in monſtrum, Ouid. Metam.13. Scylla in Cyrin auem, Ouid. Metamorph.8. Hominē eſſe Scyllam, Cælius 14. 3.
Scython in fœminā, Ouid. Metam.14.
De Sirenibus, Tzetzes 6. 75. & 1. 14.
De Tantalo media in palude ſtante, deſtituto tamen aqua, Tzetzes 11. 395. & Cælius 18. 6.
Telephus, Cælius 22. 13. De hoc dicto, Tuos autem ſapientes Telephos putaſti, Tzetzes 9. 299.
Tereus, Tzetzes 7. 142.
De Thamyride certante cū Muſis, Tzetzes 7. 108. Thamyris cur fingatur à Muſis excæcatus, Cælius 18.7.
Vnde ſint apud Ouidium Teuthrantia turba, Theſpij uocatæ filiæ, Politian. 1. 29.
Tireſias in fœminam, Ouidius Metamorph.3. In marem, ibidem.
Titanes qui, Cælius 7. 14.
De Trygæo, Tzetzes 12. 436.
Zetes(Zethus)& Calais alati, Ouidius Metamorph.6.
Zethus, uide Amphion.

## TITVLVS III. DE POETIS *qui Bucolica & Aeglogas ſcripſerunt.*

Aeglogæ & Bucolica proprie dicuntur, ubi paſtores colloquūtur, idq; carmine, transfertur tamē Aeglogæ nomen ad alia quoq; parua poemata, quæ Idyllia rectius dicunt. Bucolicorū nomen intra Aeglogas proprie dictas remanſit. Theocriti ſane poematum Idyllia quædam ſunt, non æglogæ, à quibus & argumento differunt, & nullas aliquando pſonas inducunt. Sed tam Idyllia quàm Aeglogæ(ſi recte iudico)hexametris conſtare debent. Epigrāma Idyllio breuius & argutius eſt, & è quouis genere carminis fit.

De bucolicis carminibus, Aelianus uariæ hiſt. Græcæ fol.46.
Plurimæ diuerſorum authorum noſtri ſæculi Aeglogæ, Baſileæ nuper impreſſæ ſunt in 8. apud Ioan. Oporinū puto, ex quib. tres ſunt incerti authoris, cæteræ nominabuntur iam inter alias ordine literarum ſecundum authorum nomina.
Actij Synceri, Andreæ Ammonij, & Andreæ Naugerij Aeglogæ.
Angeli Politiani Heroicū in Bucolicon.
Antonij Codri Aegloga 1.
Antonij Geraldini Bucolica.
Antonij Mariæ Aeglogæ.
Baptiſtæ Fieræ Mantuani Anglogæ.
Baptiſtæ Perſij Thyrſis.
Cynthij Gyraldi Aeglogæ 5.
Decij Auſonij Idyllia & Aeglogæ quædam, quarū una eſt de uita humana.
Deſ. Eraſmi Rot. Aegloga 1.
Eucharij Syneſij Bucolica.
Euricij Cordi Aeglogæ.
Franciſci Petrarchæ Bucolica Aeglogarum 12.
Georgij Sabini Aeglogæ.
Gilberti Ducherij, & Gilberti Nucillani Aeglogæ.
Guiliel. Caſtalij, Eumorphus Aegloga.

H. Eobani Heſſi Idyllia Bucolicorũ 17. Theocriti etiã Idyllia 36. Latinis carminibus reddidit.

Herinici Caiadi Aeglogæ.

Huberti Suſannęi Aegloga Syluius inſcripta.

Iacobi Foroliuienſis Bucolicum carmẽ.

Iani Aniſij Aeglogæ.

Ioachimi Camerarij Aeglogæ, quarum una Diræ ſeu Lupus inſcribitur, altera Agelæus in Poterioclepten.

Ioachimi Vadiani, Aegloga Fauſtus.

Ioan. Arnolleti Aeglogæ.

Ioan. Aurelij Augurelli Idyllia.

Ioan. Baptiſtæ Goynæi Aeglogæ.

Ioan. Boccacij Bucolica.

Ioan. Franciſci Quintiani Stoæ.

Ioan. Hiſonis Bucolica.

Io. Iouiniani Pontani Paſtorales pompæ 7. itẽ Bucolica, Meliſæus, Mæon & Acon.

Ioan. Rænerij, Ioan. Secundi, & Ioan. Stigelij Aeglogæ.

L. Annibalis Cruccij Aeglogæ.

M. Aurelij Olympij Nemeſiani Bucolicorum Aeglogæ 4. amatoriæ.

M. Hieronymi Vidæ Bucolica.

Matthæi Argillandri Aeglogæ.

Matthæi Mariæ Boiardi Bucolica.

Philib. Girineti Aeglogæ.

Philippi Gundelij Aeglogæ duæ, quæ inſcribuntur Apollonodia & Callianera.

Pomponij Gaurici Aeglogæ.

P. Fauſti Andrelini Foroliuieñ. Bucolica, ſiue Aeglogæ 4.

P. Vergilij Maronis Bucolica. Commentarios in ea ſcripſerunt, Antonius Mãcinellus, Chriſtophorus Hegendorphinus, Leonardus Culmannus: Scholia, Iodocus Vuillichius, Helius Eobanus Heſſus, Hermãnus Torrentinus, & Vuolffgangus Anemœcius: Allegorica interpretatio Io. Lud. Viuis. Vide Titulo v. parte 2. qui in omnia Vergilij ſcripſerint.

Io. Belloſilij allegorica interpretatio in Tityrum Vergilij.

Trium eclogarum Vergilij enarrationes, incerti authoris ueteris, inuentæ in cœnobio quodã Bobij oppidi Italiæ, ut ſcribit Raph. Volaterranus.

Vide infra qui ſcripſerint in totũ Vergilium.

Sebaſtiani Caſtalionis Aeglogæ.

Statij libro 3. Syluarũ Aegloga ad Claudiam uxorem, ut ſecum Neapolin ſecedat. Eiuſdem libro 4. Syluarum Aegloga ad Iulium Menecratem.

Theocriti Idyllia 36. Græca, quæ Helius Eobanus Heſſus Latina fecit. In eadem ſcholia Græca Zachariæ Calliergi.

Theodoli presbyteri Aeglogarũ lib. 1.

Titi Calphurnij Siculi Bucolicorũ Aeglogæ 7. In eaſdem commentarij Diomedis Guidaloti.

## TITVLVS IIII. DE *Georgicis.*

DOrionis Georgicum Athenæus citat.

Heſiodi operum & dierum libri 2. quorum poſterior georgicus eſt, ſiue de agricultura. Heſiodi omnia Baſileæ nuper excuſa ſunt cum Latina translatione ad uerbum è regione in 8. cũ annotationibus quibuſdã Græcis: & Venetijs Græce tantum in 4. cum cõmentarijs Græcis Procli Lycij, Io. Tzetzis, & Moſchopuli. Opera & Dies Nicolaus Valla uerſibus hexametris Latine uertit: itẽ Vlpius Franekerenſis ſingulos Græcos ſingulis Latinis reddidit, ut inſeruiret illis qui utranq; linguam conferre cupiunt. Carolus Figulus etiã ad uerbum, proſa opinor, tranſtulit.

In opera et dies ſcholia Iacobi Ceporini, & enarratio Philippi Melãchthonis, Tomo 5. operum eius: & ſcholia Cælij Calcagnini, ſi bene memini. Vide paulò poſt in Heſiodo ſimpliciter.

P. Vergilij Maronis Georgicorum libri 3. Eadem Italico ſermone nuper excuſa uidi cum ſcholijs Italicis. Commẽtarij in ea Valerij Probi, Antonij Mancinelli, Hermanni Torrentini, & Iodoci Vuillichij. Annotationes Chriſtophori Hegendorphini. Scholia Helij Eobani Heſſi. Præfatio Auguſtini Dathi. Georgicorũ librum quartum, qui eſt de apibus, eruditus quidã rythmis Italicis tranſtulit: excuſus

cuſus eſt ſeorſim in 8. Vide paulò poſt qui ſcripſerint in totum Vergilium, parte 2. Tituli quinti.

## TITVLVS V. DE POETIS *in genere, illis præcipue qui Hexametris uerſibus ſcripſerunt: partes ſunt 3.*

*Pars* 1. *De poetis Græcis.*
2. *De poetis Latinis uetuſtioribus.*
3. *De recentioribus poetis.*

MInora poetarum opera, ut Syluas, hymnos, epigrammata, odas, &c. deinceps enumerabimus, hic maiora tantum, heroicis præcipue uerſibus ſcripta, quibus etiam illos addemus poetas, quorum ſcripta uel quia non extant, uel ꝙ diutius inquirere pigebat, uel alioqui, quæ aut qualia eſſent nõ certò ſciebam. Quod ſi quis nomina quorundam hic non reperiat, cogitet aliò propter argumentum relata eſſe: quanquam plurimi & hic propter formam, & alibi propter materiam & argumentum nominãt, ut Nonni & Apollinaris & Gregorij poemata, hic & in theologicis; Nicandri, hic & in re medica. Aeglogarum & Georgicorum ſcriptores in præcedentibus titulis recenſuimus.

¶ *Poetriæ Græcæ.*

Sibyllæ, uide in primo Tomo.
Eudoxiæ Homerocentra.
Anyte, cuius 17. epigrãmata in Anthologio leguntur.
Charixena. Erinna.
Elephantidis impudici libelli.
Sappho. Myro. Myrtis.
Et aliæ apud Lilium Greg. Gyraldum: dialogo 3. de hiſtoria poetarum.
Roſuida nobilis monialis in Saxonia, multa carmine ſcripſit, quæ Tomo primo enumerantur.
Mechtildin etiam uirginem in Germania ſcripſiſſe quædam fama eſt.

¶ *Poetæ Græci.*

In Athenæum Græcum Baſilienſis ædítionis, indicem confecit Chriſtianus Herlinus, quo per alphabeti ordinẽ cum alij ab Athenæo citati authores, tum poetæ præcipue nominanť. Petrus Crinitus de Latinis tantum poetis ſcripſit, Lilius Gre. Gyraldus de Græcis & Latinis, in utroſꝗ indices habemus. Ex tribus iſtis indicibus, ſi operæpreciũ uiſum fuiſſet, magnam ſequenti catalogo acceſſionem parare licuiſſet.

Iliadum ſcriptores, uide apud Gyraldũ de poetis, pagina 197. De Homero & eius Iliade inferius dicetur. Dares Phrygius etiam Iliadem ſcripſit, proſa tamen, ut puto: Græce non extat, ſed Latine tantũ ex translatione Cornelij Nepotis.
Metamorphoſeon ſcriptores, uide ſupra Titulo 2.
Alcymnij Chij Dithyrambi.
Alexis poeta Comicus, ſcripſit & epigrammata quædam, quæ extant in Anthologio.
Anacreon Teius poeta Lyricus.
Appollinaris Pſalterium carmine Græco tranſtulit.
Appollonij Rhodij Argonauticorum libri 4. Græci, & Latini Pontico Virunio interprete. Ioan. Baptiſta Pius auxit et perfecit C. Valerij Flacci Argonautica ex Apollonio.
In Apollonium commentarij Græci: uide in primo Tomo.
Aratus: uide in Aſtronomicis.
Archilochus iambographus.
Babrij uerſus ſcazontes.
Cantharus poeta, Suidas.
Coluthum Thebanũ de raptu Helenæ et iudicio Paridis, Iod. Velareus tranſtulit: & Helius Eobanus Heſſus carmine.
Cyri Theodori Prodromi argumẽta in Biblia, &c. Vide Tomo primo.
Dionyſius de circuitu orbis, uide in Geographicis.
Gregorij Nazianzeni poematia Tomo 1. enumerauimus.
In Heſiodum præfationes duæ Phil. Melanchthonis.
Antonij Codri in Heſiodum oratio.
Diſſertatio cum Heſiodo Luciani.
Heſiodi opera omnia Oporinus nuper excudit Baſileæ Græce, cũ Latina uerſione ad uerbũ è regione. Vide ſupra Tit. 4. de Georgicis.
Heſiodi Genealogiam tranſtulerunt Pylades Brixianus, Bouinus Mombritius et Sebaſt. Guldebek noſter.

Homeri uita per Herodotum Conrado Heresbachio interprete: & per Plutarchum Io. Rellicano interprete.
Sermonem Dionis de Homero, nos Latinum fecimus.
De Homeri eruditione Angelus Politianus.
In laudem Homeri Antonij Codri 2. orationes: nempe tertia & ſeptima inter orationes eius.
De philoſophia Homeri Phauorinus Arelatenſis.
Apologias pro Homero & allegoriarum expoſitiões ſcripſit Proclus in cõmentarijs in remp. Platonis Græce, & Latine ex noſtra translatiõe.
De Homero ablegato à Platonis repub. Sarapion.
Vbi & quomodo opera Homeri impreſſa ſint, &c. uide Tomo primo.
Ilias & Odyſſea ad uerbum tralatæ, excuſæ Pariſijs apud Vuechelum.
Præfatio in Homerum, Decij Auſonij, Stephani Nigri.
In Syluã Ambrã pro Homero enarrando, Angelus Politianus.
De Homericis allegorijs Metrodorus Lampſacenus.
De eiſdem Heraclides Ponticus Græce, et Latine ex noſtra translatione.
Euſtathij præſulis in Homerum commentarij.
Expoſitiones Longini Caſſij. Scholia Andronici.
Didymus in Odyſſeã, ſeorſim olim Pariſijs excuſus, ſine authoris nomine: & Baſileę unà cũ textu et cõmentarijs innominati authoris in Iliadẽ quoq;: & Argentorati cum iiſdem cõmentarijs ſine textu, adiectis Porphyrij quæſtionibus Homericis, & interpretatiõe antri Nympharum: cũ indicibus copioſis. Nos illa Porphyrij opuſcula Latina fecimus.
Interpres Homeri Iſacius.
Helius Eobanus Heſſus Iliadem doctiſſimo carmine tranſtulit: Itẽ plures ex utroque poemate locos inſigniores & hiſtorias, uide Tomo 1.
Homerus Latine cantatus ab Horatio Romano. Vtrũq; eius poema ad uerbum tranſtulit Andreas Diuus Iuſtinopolitanus.
Homeri Ilias manu Gazæ ſcripta, gloſſis etiam eius adiectis, Florentiæ ſeruatur.
In Iliadem politici uerſus Tzetzis.
Libros aliquot Iliados Nicolaus Valla & Vincentius Obſopœus carmine tranſtulerunt.
Laurentius Valla Iliadem proſa reddidit. Pindarus Thebanus, aliàs Auſonius, Iliados epitomẽ reliquit, quæ extat translata uerſibus heroicis neſcio quo authore: fortaſſis à Cornelio Nepote, qui Daretis etiam librũ de Iliade ſiue Ilio capto Latinum fecit, ſed proſa.
Ioachimi Camerarij translatio carmine & ſcholia in primum Iliadis: ubi & alia multa de Homero: & ueteres omnes ferè nominat qui in Homerum ſcripſerunt.
Michaëlis Pſellis paraphraſis in Odyſſeam extat.
Interpretatio quædam uocabulorum in Odyſſea Homeri Græce, ſeruaẽ Florentiæ.
Odyſſeam tranſtulit Raphaël Regius, & Ponticus Virmius.
Franc. Floridus libros 8. Odyſſeę carmine reddidit.
Ioan. Hartungi in Homerum prolegomena, & ſcholia in Odyſſeæ libros 3.
Moralis interpretatio errorum Vlyſſis authoris incerti Græce ædita, opera Vincẽtij Obſopœi, et Latine ex trãſlatione noſtra.
Deorũ hymnos Homeri Georgius Dartona Latinos fecit.
Dionis Chryſoſtomi ad Platonem pro Homero libri 4. Romæ quidẽ Dionis liber de poetis ſeruatur, neſcio an diuerſus à iam dicto.
Initia ſingulorum librorũ utriuſq; poematis Homeri heroico uerſu, & argumenta ſoluta per Decium Auſonium. Nos etiam Tomo primo argumenta monoſticha dedimus.
Ioan. Praſſinus in Odyſſeam.
Ion de furore poetico, uel de Iliade, Platonis dialogus.
Rhapſodi Homericorũ carminum exploſi, Herodotus Latinus Colonieñ.

æditionis,fol.149.
De hoc dicto, Homericũ clytopolũ, nunc agnoui maxime tardipolum, Tzetzes 13. 460.
Deſ.Eraſmus in Chiliadib.cum multos paſſim uerſus ꝓuerbiales ex Homero citat, tum uno in loco ꝙ pluri mos iuxta librorũ Homeri ordinẽ.
Macrobius plurimos Homeri uerſus, quos Virgilius imitatus eſt, citat,& ubi hic illo ſuperior, par, aut inferior ſit,iudicat.
Muſæus de amore Erûs & Leandri.Habetur translatus de uerbo ad uerbũ, & carmine Gulielmi de Mara,& cõmentarius in eum Io.Vatelli.
Nicandri Alexipharmaca & Theriaca ad medicinã pertinent. Extant in ea cõmentarij Græci:Lonicerus utrũꝗ opus tranſtulit proſa: & ſcholia Latina ex Græcis(ut puto) adiecit. Euricius Cordus carmine reddidit.
Nonni Panopolitani poetę paraphraſis in Euangelium Ioannis. Eiuſdem Dionyſiacôn libri 48.
Oppiani de piſcatione, aucupio, & uenatione libri, carmine Græco. In eoſdem paraphraſis Eutecnij. Vide plura de his libris Tomo 1. De piſcatione libros, Laurentius Lippius Collenſis carmine tranſtulit,cæteros nos oratiõe ſoluta, quæ noſtra tranſlatio nondũ exiuit in publicum: ſed omnia quæ libris illis continentur,in noſtram animalium hiſtoriam referemus,Deo bene fauente.
Orobantius Trœzenius poeta ante Homerum fuit,Aeliano teſte.
Orpheus. Vide in primo Tomo. De Orpheo, P. Vergilius Maro. Orphei Argonautica Gręce, cum interpretatiõe Latina incerti authoris uerſibus hexametris, è regione, Cratander Baſileæ excudit.1523.in 4.chartis 14. Eiuſdem Hymni, & de gẽmis liber.
Philes de animalium naturis Iambos ſcripſit.
Pindari Olympia, Pythia, Nemea, & Iſthmia, cum Græcis commentarijs: Latina fecit Io. Lonicerus, & ſcholia adiecit. In Pindarum præfatio Stephani Nigri.
Q. Calaber ſcripſit Homerum imitatus derelicta ab eo,quę Iod. Velareus Latina fecit.
Siſyphus Iliadis ſcriptor ante Homerũ.
Sophronis mimi uiriles & muliebres.
Syagrus quidam primus bellũ Troianum carmine deſcripſit.
Sebaſtianus Caſtalio Græcis uerſibus Heroicis elegantiſſime uitam D. Ioannis Baptiſtæ deſcripſit: & Sibyllina carmina è Gręcis Latina reddidit.
Theophanes poeta.
Tryphiodorus Ilij captiuitatem ſcripſit.
Venãtius Honorius poeta Chriſtianus.
¶Noſtra etiam ætate multi nõ infeliciter Græco carmine ſcripſerunt, Ianus Laſcaris, Sebaſtianus Caſtalio, Io.Moriſotus,M.Antonius Antimachus, Ioachimus Camerarius. Matthiæ Illyrici etiam nõ inerudita quædam epigrammata uidi: & nos multa in iuuentute luſimus, quæ in lucem prodeant indigna.
¶Sunt etiam Hebræis ſua poemata, ut Pſalterium Dauidis.

¶*De poetis Latinis uetuſtioribus, pars 2. ordine literarum.*

De Latinis poetis ſcripſit Petrus Crinitus:& Gyraldus de Latinis ac Græcis,conſule Indices in utrũꝗ.
Albius Tibullus etiã heroica quædam ſcripſit, ut ab initio libri 4. laudes Meſſalæ Coruini.
Alchimus Auitus.
Actius Labeo Iliada Homeri fœdiſſime uertit,Gyraldus pag.894.
Appius Cl.Cæcus.
Caij Valerij Flacci Argonauticorum libri 8.
Cl. Claudiani de raptu Proſerpinæ li.3. In eoſdem commentarij Pontici Virunij,Iani Parrhaſij,& Pierij Hypſilæ. Alia eius poemata Tomo 1. enumerauimus.
Cl. Marius. Mariũ Gyraldus ad omne carminis genus promptiſſimum fuiſſe ſcribit.
Clodius Sabinus poeta.
C. Sollij Sidonij Appollinaris poemata quædã,cũ Io.Baptiſtę Pij cõmẽtario.

Laberius mimographus, citat à Plinio.

L. Accius poeta, Gyraldus pag. 896. & deinceps.

M. Annei Lucani Pharſalia, cum commentario Io. Sulpitij Verulani, & annotationibns M. Antonij Sabellici, Baptiſtæ Guarini, Iacobi à Cruce, Omniboni Leoniceni.

M. T. Ciceronem poetam elegantẽ fuiſſe, Io. Ferrerius.

P. Ouidij Naſonis uita per Aldum Manutium. In opera quædam Ouidij Vbertinus Clericus Creſcentinas. In Ouidiũ annotatiões Iacobi à Cruce: Obſeruationes, Io. Baptiſtæ Egnatij. Bartolemæus Merula in libros de Ponto.

Metamorphoſeon lib. 15. Fabulas & Metamorphoſes plæraſq; ſupius Titulo 2. ordine literarũ indicauimus. Annotationes in hos libros, Ioan. Baptiſtæ Pij, & Iani Parrhaſij, Philippi Beroaldi, Gyberti Longolij, Lud. Cælij Rhod. Commentarij, Hubertini, Ioan. Britannici, Dionyſij de Burgo. Iacobi Micylli additiões ad explanationem Raph. Regij.

In difficiliora loca metamorphoſeos Ouidij, Hen. Glareanus: & Iacobi Phanenſis Annotationes.

In Metamorph. Ouidij Tropologia Petri Lauinij.

In fabulas Ouidij argumenta ſcripſit Ael. Donat. & Lactantius Placidus.

Epitome in Metamorphoſin Bartolemæi Bolognini, uerſibus Elegiacis, et Franciſci Nigri hendecaſyllabis.

In Ouidij Faſtos cõmentarij Pauli Marſi, Baptiſtæ Guarini, Antonij Fani, et Philippi Melanchthonis ſcholia.

Publij Syri mimi, ſunt autem uerſiculi morales.

P. Vergilij Maronis uitam ſcripſit Aelius Donatus.

In obitũ Vergilij carmina, impreſſa ad finem Aeneidis.

Vergilius de ſeipſo, ad finẽ Aeneidis inter cætera poematia.

Vergilij encomium ſcripſit Antonius Codrus.

P. Vergilij Aeneidos libri 12. Vergiliũ caſtigauit Antonius Gaueanus. Tertiumdecimum Aeneidos Vergilio addidit Maphæus Vegius. Præfatio in Aeneidem Auguſtini Dathi. In eandem lectio prima, eiuſdem.

In Vergilij opera commentarij Seruij, & Tiberij Cl. Donati.

Paraphraſis ſuper 6. Vergilij libris. Vide Volaterranũ in Bobij oppidi mentione, ubi paraphraſin hanc inuentã ſcribit.

Cõmentarij in Vergilium, Chriſtophori Landini, Dionyſij de Burgo, Iulij Pomponij Sabini, Pontici Virmij, & Chriſtophori Landini.

Annotationes in Vergiliũ Iacobi à Cruce: & Georgij Leonbergeri loci aliquot ad omnia Vergilij opera.

P. Vergilius Philippi Melanchthonis ſcholijs, ut breuiſſimis, ita doctiſſimis ubiq; illuſtratus. Adiecta ſunt & prouerbia ex Chiliadibus D. Eraſmi Rot. item annotatiões in librum Georgicorũ authore Chriſtophoro Hegendorphino. Poſtremo annotatiunculæ ex Stephani Doleti commentarijs in omnia Vergilij opera, cum indice. Nicolaus Brylingerus excudit Baſileæ 1541. in 8. chartis 49.

Gryllus de accentibus ad Vergilium.

De P. Vergilij artificio, Ioan. Tortellius de Orthographia in mẽtione Aneeę.

De libris 12. Aeneidos, ſiue partitiones principalium eius uerſuum, Priſcianus Cæſarieñ.

Allegoriæ in Vergilium Chriſtophori Landini.

In Vergilij poema, loca, quæ apud diuerſos authores & ueteres grammaticos explicantur, Daniel Gaitanus collegit.

Vergilianæ quæſtiones Fr. Campani.

De palma Aeneidos, P. Fauſtus Foroliuieñ.

In aureum Maronis ramum, Theoderici Vlſenij carmen.

Vergilij uerſum, Defectus Lunæ uarios, Solisq; labores. Et illum, Diſcite iuſtitiam moniti & nõ temnere diues, Cl. Marius Aretius declarauit.

Enchiridion poeticum, quod continet epitheta ſubſtantiuorum: cum eorundem hemiſtichijs, carminũ clauſulis, peri-

periphraſibusq́ Vergilij & aliorum poetarum, Io. Schottus Argẽtinæ excudit, 1514. in 4. chartis 25.

Quod P. Virgilium Maronem recitantem nec uiderit, nec audiuerit M. T. Cicero, Io. Ferrerij Ped. aſſertio: ubi multa obiter apud ſcriptores q́ plurimos parum intellecta feliciſſime explicantur: Io. Ferrerij Ped.

In Q. Horatium Flaccum commentarij Porphyrionis, & Acronis ſcholia.
In Horatium, Ant. Mancinellus.
Commentarij, Chriſtophori Landini, Iodoci Badij.
Annotatiões, Henrici Glareani, Georgij Pictorij, Matthæi Bonfinis, Iuliani Aurelij, (M. Ant. Sabellici in locos aliquot) Iacobi à Cruce: & obſeruatiunculæ in locos quoſdam Fr. Robortelij. Annotatiunculæ Def. Eraſmi. Q. Horatij oĩa cũ ſcholijs, Gryph. Lugduni excudit 1533. in 8.

Q. Sereni Samonici remedia ad diuerſos morbos, uerſibus hexametris, cũ commentarijs Mich. Humelbergij.

Sextus Aur. Propertius.
Commentarij in Propertium.
Annotauit aliquid in loca nonnulla Fr. Robortelius.

Silij Italici de bello Punico libri 17.
In Silium prælectio & cõmentarij Iacobi à Cruce. Annotationes Hermanni Buſchij, & Petri Marſi.

Statij Papinij Neapolitani Syluarum libri 5. Thebaidos libri 12. Achilleidos libri 2. In Statium commentarij Georgij Merulæ, & Io. Britannici. Annotationes in loca aliquot Statij, M. Ant. Sabellici. In Thebaidẽ annotationes Lactantij. In Achilleidem commentarij Pontici Virmij, & Maturantij.

T. Lucretij Cari de rerum natura lib. 6.
In eoſdem cõmentarij Petri Aponi.
Qui ſit apud Lucretium Durateus equus, Politian. 1. 5.

Venantius Honorius poeta Chriſtian9.

Poeta incertus ad Piſonem Calpurniũ citatur à Baſilio Zancho.

¶ *De poetis Latinis recentioribus, ordine literarum, Pars 2.*

Recentiorum plurimi epigrãmata quædam & alia poematia ædiderunt, ex quibus multos Titulo 3. in Aeglogis nominauimus, multos etiam Titulo ſexto nominaturi: hîc illos maxime quorum maiora extant poemata, & quæ libri appellari poſſint, ordine literarum enumerabimus.

Angeli Politiani poemata quædã. In Nutricia eius cõmentarium ſcripſit Io. Ludouicus Braſſicanus.

Aonij Palearij de immortalitate animæ libri 3.

Baptiſtæ Carmelitæ Mantuani opa uaria, in quæ cõmentarios ædidit Iod. Badius. Cõmentarios in eadem à Sebaſtiano Murrhõis inchoatos Conradus Leontorius perfecit.

Elyſius Calentius bellum ranarũ & murium deſcripſit.

Fr. Ceruini Bacchanalia, nondũ ædita.

Franciſcus Niger Rhætiam carmine doctiſſimo deſcripſit, & Ouidij Metamorphoſeon epitomen phalecijs uerſibus condidit.

Gaſparis Bruſchij poemata, uide in Appendice.

Geor. Aemilius, & Georgius Sabinus, uide Tomo 1.

Henricus Glareanus de Heluetia, Heluetiorum pagis, & fœdere.

Helij Eobani Heſſi uitam Iacobus Micyllus ſcripſit. Poemata eius require Tomo primo.

Honoratus Faſatellus ſcripſit inſigne poema ad Heroinam Piſcariæ.

Hadrianus Cardinalis Batonieñ. deſcripſit Venationem uerſibus Phalecijs: & iter Iulij 2. Pontificis Rom. uerſibus heroicis.

Iacobi Boni Epidaurij libri 3. de raptu Proſerpinæ, uerſibus heroicis.

Ioach. Vadiani poetæ laureati poemata quædam 1. Tomo cõmemorauimus.

Io. Buſmanni poemata.

Io. Stigelius eruditis carminibus quædam ædidit.

Io. Nantuillenſis archithrenius.

Io. Pierij Valeriani Ioathas & Rotatus, uerſib. heroicis impreſſi Romæ 1542. in 8.

Marcelli Palingenij Zodiacus uitæ libris 12.

Melchior Acontius ſcripſit encomion Eraſmi, & Epithalamion in nuptias Georgij Sabini.

Rodolphi Gualtheri Monomachia Dauidis & Goliæ, Argumēta in utrūq; Teſtamentum, & alia quædam primo Tomo commemorata.

Veronenſis quidam Maurin poeſin heroico carmine conſcripſit doctiſſime (ut audio) in quo diui cuiuſdā, olim Anglorū regis et uxoris eius uitā depingit. Liber impreſſus eſt in Italia.

Alexandreida neſcio quis noſtro ſæculo ædidit.

¶ Dantes & Franciſcus Petrarcha multa Italicis, quædam etiam Latinis uerſibus ædiderūt. In Dantis poemata Italica cōmentarij Alexan. Valutelli.

Clemens Marotus, natione Gallus, plurima lucubratus eſt lingua uernacula, & Pſalmos etiam ſacros rythmis Gallicis reddidit.

Qui uel hic uel alibi plura in alienis linguis deſyderat, non accuſabit nos negligentiæ, qui ne in Latinis quidem & Græcis perficere omnia, ſed ſpecimen ſolum perficiendi olim operis, ſi qui manum admoliri uellent, exhiberi euoluerimus.

## TITVLVS VI. DE FABVLIS, *quas Græci Dramata uocant: cuius partes ſunt 4.*

Pars 1. *De fabulis in genere, & quæ ad fabulas earumq; apparatum pertinent.*

2 *De authoribus fabularum Græcis: primum illis, quos ſimpliciter fabulas ſcripſiſſe, in promptu erat, non libebat enim diutius inquirere, comœdiæ ne an tragœdiæ fabulæ illorum eſſent: deinde illis, quos comœdias ſcripſiſſe conſtabat.*

3 *De Comicis Latinis, antiquis & recentioribus: & dramatibus nonnullis alijs, qui comœdijs quidem ſimiles ſunt, non proprie tamen comœdiæ dici poſſunt.*

4 *De Tragœdijs.*

¶ Pars 1. *De fabulis in genere, & quæ ad fabulas earumq; apparatum pertinent.*

PErſonæ inuentor, Cælius 6.17.

De hiſtrione, Cypriani epiſt. 10. lib. 1.

Hiſtrionum iura, Cælius 8.8.

De hiſtrionibus & mimis, Ioan. Carnotenſis 1.

De ſcena Amaranthus.

De ſcenographia, & ſcenicis locis, ſcenopœi, ſyſcenia, ſyſceni, Cęl. Rhod. 8.8. Scenophegia, idem 7.15.

De croco & florib. in ſcenis, Crin. 18.4.

Artificum ſcenicorū ſtudiū amoremq; inhoneſtū probroſumq; eſſe, et ſuper ea re uerba Ariſtotelis, Gellius 20.3.

Lil. Gr. Gyraldus dialogo ſexto.

De modo recitandi Comœdias & Tragœdias in theatro, Polydorus 3.13.

De ſcenarum recitādarum moderatione, partim ſecundū, partim uere contra Donati ſententiam, Ang. Decembrius parte 21.

Quo artificio tonitrua olim in ſcenis æderentur: ac de Metelli Pij immodico luxu ac libidine, ex Saluſtij uerbis. Et quomodo Vergilius tonitrua imitatus ſit cū de Salmoneo agit, Crinit. 2.10.

Epodos, antiſtropha, ſtrophalis: qd thymele, & qui thymelici: declarat Plautus & Vitruuius. Qui actores primarum aut ſecundarū partium: machinæ ſcenicæ. Martialis locus illuſtratur, de proſcenio & ſtropha, antiſtropho, epirrhemate, paregoremate, Cælius 8.8.

Decertare drama ad corollas, Cæl. 6.19.

Imitantes iram & dolorē libēter cur audiamus, ipſos uero dolentes & iratos inuiti uideamus, Plutarch. Symp. 5.1.

De dextra & ſiniſtra tibia, Cælius 9.7.

¶ De comœdia multa leges in prolegomenis Donati in Terentium: & quædam apud Ariſtotelem in poetica, & Horatium in arte poetica, & Gyraldum de poetis; uide indicem in Gyraldum.

De initijs comœdiæ, Polydorus 10. 11.

Comœdiæ ara, Cælius 6.17.

Comica facies apud Lucianū quæ, Comicus riſus, Cælius 6.17.

De comœdia mundana & fabula Ioan. Carnoteñ. lib. 3.

Dionyſio comœdia non placuit, Aelianus Variæ hiſt. Græcæ folio 63.

De comicis lorarijs, Crinitus 2.7.

In comœdum ſcommata, Anthologij libri 2. ſectione 29.

Comicus apud Spartanos luſus, Cælius 6.17.

De

De impoſitione nominum apud Comicos poetas, Crinitus 7. 8.
De comicis Latinis iudiciū Vulcatij Sedigiti, Gellius 15. 24.
De metris comicis, Rufinus.

¶ Pars 2. *De authoribus fabularū Græcis, illis primū quos ſimpliciter fabulas ſcripſiſſe in promptu erat, non libebat enim diutius inquirere, comœdiæ ne an tragœdiæ fabulæ illorum eſſent: deinde illis, quos comœdias ſcripſiſſe conſtabat.*

Drama Græcis, ut fabulam Latinis, ad comœdias & tragœdias cōmune nomen eſſe reor.
De ſcena & ſcenicorū poetarum hiſtoria Lilij Gr. Gyraldi dialogi tres, nempe ſextus, ſeptimus, & octauus.
Alcæi fabulæ aliquot, ex quibus ſunt, Palæſtra, Nuptiæ ſacrę, Ganymedes, Calliſto, Adulteræ ſorores: ab Athenæo citatæ.
Alexandri Aetoli fabulæ, quarum duæ inſcribuntur Piſcator & Bricæeus.
Alexandridę fabulæ, Pharmacomantis, Melilotus, Hoplomachus.
Axionicum comicum Athenæus citat.
Epicharmi poetæ fabulæ 25.
Pherecratis fabulæ 19.
Philemonis Syracuſij, fabulæ 54.
Philippidis Athenienſis fabulæ 45.
Sophronis fabulæ 8.
Soſiclis Syracuſani, fabulæ 73.
Strattis multas fabulas ſcripſit.
¶ Amipſias Athenienſis comicus.
Anaxilas comicus.
Ariſtophanis comici fabulæ undecim extant. Vide plura Tomo 1. In ſingulas nouem comœdias Ariſtophanis ſingulæ præfationes Grecæ Ioan. Cheradami.
Cōparatiōis Menandri & Ariſtophanis compēdium ſcripſit Plutarchus.
Commentarij Græci in comœdias 9. innominati authoris. Comœdiæ omnes Latine ad uerbum translatæ, excuſæ nuper, Baſileæ puto apud Ioannem Oporinum. Plutum comœdiam Latinis uerſibus reddidit Thomas Venatorius. Ego ſtudioſi cuiuſdam libellū habeo, in quo ex Chiliadibus Eraſmi quicunq; ex Ariſtophane uerſus, puerbiales & alij citantur & explicantur, conſcripſit. Ariſtophanes Socratem in comœdia traduxit (nempe in Nubibus) Aelianus Græcus uariæ hiſt. folio 9.
Diphili Comici fabulæ 53.
De Baptis comœdia Eupolidis, Politianus 1. 10.
Menandri ueteris comici fabulæ 49.
Comparationis Ariſtophanis & Menandri cōpendium ſcripſit Plutarch.
Menandri noui Comici fabulæ 108.
Philetæri Comici fabulæ 21.
Sophili Comici fabulæ 5.

¶ Pars 3. *De Comicis Latinis, antiquis, & recentioribus: & dramatibus nonnullis alijs, qui Comœdijs quidem ſimiles ſunt, non proprie tamen Comœdiæ dici poſſunt.*

De ENNIO, NAEVIO, M. PACVVIO, et alijs ſcenicis poetis Latinis, Lilius Greg. Gyrald. Dialogo 8. de poetica.
De Comicis Latinis iudicium Volcatij Sedigiti.
M. Actij Plauti Sarſinâtis comici feſtiuiſſimi comœdiæ 20. recognitæ, &c. cum indice abſtruſiorū uocabulorū, & argumētis in ſingulas comœdias, Græcarum dictionū tralatione, et authoris uita. Acceſſerūt etiam ſcholia in oēs comœdias breuiſſima, in quib. annotanē quęcūq; aut caſtigauit, aut annotauit in Plautum Deſ. Eraſmus, Guliel. Budęus, Ang. Politianus, Georgius Alexandrinus, cęteriq; eiuſdē notæ ſcriptores. Io. Gymnicus excudit Coloniæ 1530. in 8. chartis 49.
Eædem prius exiuerunt Venetijs apud Lazarum Soardum in fol. 1511. cum commentarijs omnibus ferè locis Bernardi Saraceni, & Ioan. Petri Vallæ: & obſeruationibus in difficiliora loca Io. Baptiſtæ Pij Bononieñ. Acceſſerunt & figuræ ad ſingula capita, & index in ueſtibulo operis.
Bernardi Saraceni in Plautū caſtigationes.
Cōmentarij in Plautum Io. Baptiſtæ Pij. Scholia Gilberti Longolij, & Fr. Marij Grapaldi. In Plautum Pylades.
Ad Plautū Epiphyllides Anshelmi,

Aululariã Plauti Antonius Codrus expleuit.
Hermãni Buſchij decimationũ Plautinarum quinariæ.
Plautinæ quæſtiones Georgij Alexandrini.
Apologia pro Plauto contra calumniatores Fr. Floridi.

P. Terentij Afri comœdiæ 6. Eædem in diuerſas linguas transfuſæ exiuerunt, Italicam, Germanicam à Valentino quodam, & Gallicam. Ego Latinogallicum impreſſum uidi. Audio etiam Io. Agricolam Eislebium Andriam eleganter in Germanicum ſermonem tranſtuliſſe, & librũ eſſe impreſſum.
P. Terentij uita per Ael. Donatum.
Terẽtiani codicis exemplũ uenerandæ uetuſtatis Petrus Bembus Cardinalis habet, in quo ſingulæ fabularũ perſonæ una tantũmodo litera Græca diſtinctæ ac notatæ uiſuntur, ut ſcribit Baſilius Zanchus in prefatione Epitomes uerborum Latinorum.
Antonius Goueanus Terentiũ ſuis uerſibus reſtituit.
In Terentium præfatio Aug. Dathi.
In Terentij fabulas C. Sulpitius Apollinaris.
Deſ. Eraſmus Terentiũ recognouit, & Annotatiões adiecit in genera carminum & idiomata perſonarum & præfationem.
In Terẽtij fabulas argumẽta & ſcholia ſcripſit Phil. Melanchthon.
In P. Terẽtij ſingulos actus & ſcenas fabularũ argumenta cũ artificio rhetorico per Adrianum Barlandum.
Euanthij cõmentarius in Terẽtium.
Terentius cũ Donati cõmentario impreſſus Baſileæ apud Brylingerum.
Terentij comœdiæ cũ ſcholijs ex Donati, Aſperi, & Cornuti cõmentarijs decerptis, multò ꝗ̃ antehac emendatioribus, niſi quod in Heautontimorumenon ſcripſit Ioan. Calphurnius Brixieñ. uir doctus, licet recẽtior. Indicata ſunt diligentius carminum genera, & in his incidẽtes difficultates, correcta quędam et Conſulum nomina, idꝗ́ ſtudio Deſ. Eraſmi Rot. non ſine pręſidio ueterũ exemplariũ, cum indice. Opus excuſum Baſileæ in officina Frobeniana, 1538. in fol.
Philippus Melanchthon & Bart. Latomus ſcripſerũt ſcholia quædam in Terentium. Baſſianus Landus annotationes: itẽ Petrus Marſus & Paulus Malleolus. Cõmentarios Guido Iuuenalis, & Iod. Badius.
Ex P. Terẽtij comœdijs Latiniſſimæ colloquiorũ formulæ, ordine ſelectæ: unà cum eiuſdem poetæ inſigniorib. ſentẽtijs, Egenolphus excudit Argentorati 1530. in 8. chartis 8. & dimid.
Eædem Latinæ, & in Germanicã linguam uerſæ, excuſæ Moguntiæ 1537. in 8. chartis 15.
P. Terentij ſentẽtiæ omnes, excuſæ à Rob. Vuinter Baſileæ in 8. chartis 2.
Item excerpta quædam ex Terentio Coloniæ apud Gymnicum.
Terẽtianus dialogus Gaudentij Merulæ, ultra omnẽ urbanitatẽ feſtiuiſſimus. Eiuſdem bellũ Terentianum.

¶ *Comici recentiores.*

Comœdias & tragœdias aliquot ſacras Brylingerus Baſileæ in uno uolumine excudit in 8.
Andreæ Dietheri comœdia ſacra de Ioſepho.
Bartolemæi Cimbriaci comœdia.
Cornelij Croci comœdiæ ſacræ, Ioſeph & Eccleſia.
Dantis comœdiarum liber.
Georgij Macropedij fabulæ & comœdiæ, Aſotus, Petriſcus, Hecaſtus, Andriſca, Suſanna, Baſſarus, Rebelles & Aluta.
Guilihelmi Gnaphei Acolaſtus. i. de filio prodigo comœdia, quam Germanice reddidit Georgius Binderus noſter. Eiuſdẽ Miſobarbarus comœdia, & Hypocriſis Tragicomœdia.
Iacobus Rueff urbis noſtræ chirurgus multas comœdias Germanice ſcripſit, quas in 1. Tomo nominauimus.
Iacobi Zouitij comœdiæ, Ouis perdita, Didaſcalus, Ruth.
Io. Lorichij Hadamarij comœdia Iob.
Ioannis Reuchlini Sergius ſiue Capitis caput. Commentarium addidit Georgius Simler. Eiuſdem Progymnaſmata,

naſmata, quę explanauit Iac. Spiegel.
Io. Sapidi Lazarus rediuiuus.
Leonardi Aretini comœdiæ, Marſchalcus & Capitolium.
Nicolai Grimoaldi Chriſtus rediuiuus.
Nicolai Lochięſis Chriſtus Xylonicus.
Petri Papei comœdia de Samaritano Euangelico.
Roſuidæ monialis comœdiæ 6.
Xyſti Betuleij Suſanna comœdia tragica. Eadem Germanice exiuit.
Eiuſdē Iudith drama comicotragicum.
¶ Dialogi omnes actus quidam ſunt, dramata tamen nō appellant(ut conijcio) niſi uerſibus conſtent. Eos qui proſa ſcripti ſunt libro 1. enumerauimus, hic aliquos uerſibus cōpoſitos nominemus, qui licet dramata ſint, comœdiæ tamen aut tragœdiæ non ſunt.
Cyri Theodori dialogus Græcus iambis conſcriptus de amicitia, quem nos itidem ſenarijs Latinis expreſſimus.
Ludus ſeptem ſapientum D. Auſonij.
Luciani Tragopodagra & Ocypus.
Bombylius ſiue dialogus iocularis Arnoldi Madiri, per actus in modum comœdiæ diſtinctus.
Germanicæ fabulæ multæ extant. Fabula decem ætatum, & Fuſio ſtultorum Colmariæ actæ ſunt: Fuſio ædita eſt 1537. chartis 4. Qui uolet hoc loco plures adſcribat in uulgaribus linguis: nos ad alia feſtinamus.

¶ *Pars 4. De tragœdijs, primum in genere: deinde ſecundum authores, Græcos & Latinos.*

De tragœdia multa habes apud Ariſtotelem in libro de poetica, nonnulla etiam apud Horatium de arte poetica. Vide ſupra quæ ab initio huius Tituli 6. de fabulis communiter ſcripta ſunt.
De tragœdiæ atq; comœdiæ initijs Polydorus 1.10.
Tragica facies, Cælius 15.10.
Tragice ſimul atque pragmatice, Tzetzes 13.472.
Contra poetas imitatores & tragicos, Proclus in remp. Platonis ex tranſlatione noſtra 26.
Dionyſio Tragœdia placuit, Aelianus uar. hiſtoriæ Græcæ folio 65.
Septimani tragœdi qui, facie prouerbij intelligantur: Martialis locus illuſtratur, Cælius 30.40.
¶ Achæi Eretrienſis tragœdiæ.
Aeſchyli tragœdiæ 6. excuſæ. Eædem Bononię in Bibliotheca S. Saluatoris extant cum ſcholijs.
Agathonis tragœdiæ, Thyeſtes, & Telephus.
Alcman tragicus.
Aſclepiadis tragodumena citantur à Plinio.
Euripidis Mneſarchi fabulæ 92. quarū extant 18. Vide in primo Tomo, ubi & alia quædam, & argumenta in ſingulas reperies. Manuel Moſchopulus ſynopſin ſcripſit in uitam Euripidis, & commentariolum de idolo.
Euripidis Iphigeniam & Hecubam Deſ. Eraſmus elegātiſſimis uerſibus Latinas fecit.
Ponticus Virmius tragœdias 6. tranſtulit. In omnes quæ extant fabulas conuerſio Latina ad uerbum, impreſſa eſt Baſileæ in 8. ut diſcipuli quidam à præceptore interpretante (cuius fictitium nomen adſcribitur) exceperunt. Arſenij in tragœdias 7. ſcholia Græca impreſſa Venetijs, & nuper puto Baſileæ.
In Bibliothecis quibuſdā Italiæ, tragœdiæ Euripidis adſeruantur cum gloſſis.
Pindari fabulæ tragicæ.
Sophoclis fabulæ 33. Extant etiamnum ſeptem, quas ad uerbum Latinas fecit Ioan. Baptiſta Gabia et ſcholia adiecit. Flagellifer Aiax ſeorſim excuſus eſt, Lonicero interprete puto, carmine. In 7. tragœdias Sophoclis ſcholia Græca innominati authoris, excuſa Romæ 1518. in 4. Interpretes Græcos Sophoclis aliqui citāt Lucillum, Theonem, & Sophocleū. Aiax & Electra ſeorſim excuſæ ſunt Argētorati apud Rihelíū, 1540. in 8. Ioachimus Camerarius cōmentarios ſcripſit in fabulas argumenti Thebaidos.

¶P. Ouidij Naſonis Medea tragœdia non extat.

L. Annei Senecæ tragœdiæ 10. In eaſdem commentarij uel annotationes Bernardini Marmitæ, Dionyſij de Burgo, Iacobi à cruce, & Danielis Galetani.

¶Comœdias & tragœdias aliquot ſacras Brylingerus Baſileæ excudit in uno uolumine, in 8.

Batelinus, aliâs Veterator, comœdia per Alexandrū Connibertū LL. doctorem, è Gallica lingua Latine reddita.

Antonij Thyleſij imber aureus, tragœdia.

Gilberti Cognati tragicarum narrationum liber.

Georgij Macropedij tragœdiæ.

Gregorij Nazanzeni Chriſtus patiens, tragœdia Græca, quæ etiam Latine nuper ad uerbum translata à ſtudioſo quodam, impreſſa eſt Baſileæ.

Guilielmi Gnaphei tragicocomœdia.

Mercurij Ronzij tragœdiæ quædam.

Thomæ Naogeorgi Pammachius tragœdia.

Eiuſdem tragœdia noua, Mercator ſeu iudicium, in qua in conſpectum ponunt̄ Apoſtolica & Papiſtica doctrina, quantū utraq; in conſcientiæ certamine ualeat & efficat, & quis utriuſq; futurus ſit exitus. Excuſa in Germania 1540. in 8. chartis 11. & dimidia.

¶Speronis Speroni, nobilis Itali, tragœdia quædam, Italica puto.

Franciſci Nigri tragœdia de libero arbitrio Italice ſcripta, ſermone ſoluto.

### TITVLVS VII. DE POEmatijs: cuius partes ſunt 4.

Pars 1. De Satyris, & Epiſtolis carmine ſcriptis.
2 De Syluis.
3 De Hymnis.
4 De Elegijs.

### ¶Pars 1. De Satyris, & Epiſtolis carmine ſcriptis.

DE origine Satyræ, Polydorus 1. 11.

Satyrarū poeta antiquus Lucillius.

Satyricum opus Petronij Arbitri.

Satyrarum uel Sermonum libri duo Q. Horatij Flacci.

In 1. & 2. Satyram Iuliani Aurelij Commentarius: uide ſuperius qui ſcripſerint in omnia Horatij.

De Satyris, &c. Vide indicem Gyraldi de poetica.

A. Perſij Satyræ 6. In Perſium prælectio Politiani, & prefatio Philippi Beroaldi. De duobus libris Perſij, Antoninus Florentinus Chronicorum tit. 6. ca. 24.

In Perſium Annotationes Iacobi à Cruce. Cōmentarij Cornuti, Aelij Antonij, Io. Murmellij, Io. Britannici, Iodoci Badij.

In Perſium Bartolemæus Fontius. In primā eius Satyrā Herm. Buſchius.

I. Iuuenalis et A. Perſij Satyras cum adnotatiunculis excudit Sebaſt. Gryphius Lugduni 1535. in 8.

I. Iuuenalis Satyrarum libri 16. De uita & ſcriptis huius poetæ Antoninus Florentinus Chronicorū tit. 6. ca 24.

Iacobi à Cruce prælectio in Iuuenalem.

Oratio in enarratione Iuuenalis & Saluſtij Phil. Beroaldi.

In Iuuenalem ſcripſerunt, Hermannus Buſchius, Georgius Valla, Iodocus Badius, Georgius Merula.

In eundē Ant. Mācinelli Annotatiōes, & Domitij Calderini Obſeruatiōes.

Petri Montani Satyræ, & Iani Anyſij: et Fr. Philelphi Satyrarum lib. 10.

Antonij Codri Satyræ duæ.

Sermonum (Satyrarū puto) liber, T. Veſpaſiani Strozæ.

Henrici Eutici Satyra in ſophiſtas.

¶Q. Horatij Flacci epiſtolæ.

P. Ouidij Naſonis epiſtolæ ad amicos et uxorem in Triſtibus, & libris de Ponto: item aliæ amatoriæ Heroidum.

Decij Auſonij epiſtolæ carmine & pſa.

Io. Secundi Hagienſis epiſtolarum li. 2.

Octauij Cleophili epiſtolæ metricæ ad Laur. Medicen.

Epiſtola cuiuſdā puellæ Romanæ amatoria, cuius initiū: Parce precor iuuenis: à Guarino Veronenſe puto conſcripta.

Amorū epiſtolæ ad Iuliam (Fr. Octauij puto: cuius & Elegiæ ad Iuliā extāt.)

Theodori Reyſman epiſtola Elegiaca ad Carolum 5.

¶Pars

¶ *Pars 2. De Syluarum ſcriptoribus.*

Statij Papinij Syluarum libri 5. In eaſdem oratio Angeli Politiani, Emendationes Auantij: Annotationes Iacobi à Cruce, & Domitij Calderini.

¶ Baptiſtæ Mantuani Syluarum lib. 4. tertio Tomo operum eius, uario et iucundo argumento ad diuerſos conſcripti.

Antonij Codri Syluarum libri 2.

Bartolemæi Colonieſis Sylua carminū.

Cynthij. Ioan. Baptiſtæ Gyraldi Syluarum liber.

Guilhelmi de Mara Syluæ: item Gaſparis Bruſchij.

Helij Eobani Heſſi Syluarum libri 9.

Hermici Caiadi poetæ Syluæ.

Iani Pannonij Sylua panegyrica.

Ioachimi Vadiani Syluę de laudibus patriæ.

Ioan. Secundi Syluarum lib. 1.

¶ *Pars 3. De hymnis Chriſtianorum, & gentilium.*

Hymnos aliquot ſacros & Chriſtianorum in Theologia etiam noſtra reperies, & lib. 7. de Muſica Titulo 4. hic paucos tantum defunctorie & ordinis gratia, nominabimus.

De hymno S. pater Maximus.

Dauidis Pſalterium ſiue hymnorum liber Hebraicus, quē qui Latinis uerſibus reddiderint, in Pſalterij mētione inter Bibliorum libros ſuo loco dicetur.

Marij Victorini hymni 3.

In Prudentij hymnos de Epiphania & Natali pueri Ieſu Deſ. Eraſmi commentarius.

Fortunati Pictauienſis hymnorum 77. lib. 1.

Gelaſij hymni.

Theodulphi hymnorum liber.

Salmonij Macrini hymnorum libri 6. Eiuſdem hymnorū ſelectorū libri 3.

Deſ. Eraſmi hymni uarij ad diuos.

Eiuſdē carmen uotiuum Genouefæ.

Baptiſtæ Mantuani hymni primo Tomo operum eius.

Io. Fran. Pici hymni heroicis uerſibus.

Ludouici Bigis hymnorū & epitaphiorum liber.

M. Hieronymi Vidæ hymni.

Maphæi Vegij hymnorum liber.

De modulorum ſuorum expoſitione in hymnis D. Mariæ, ubi 52. metrorum genera inducit & exponit, Rugerus de Venray.

¶ *De hymnis gentilium, quos item copioſius & particularius recenſebimus in Theologia gentilium.*

Homerus hymnos cōſcripſit in deos aliquot: Qui etiam Latine ad uerbum translati leguntur, Georgio Dartona Cretenſi interprete.

Orphei hymni.

Callimachi Cyrenæi Græci, cum commentarijs Græcis innominati authoris. Inuenio tamen Archibiū in hymnos Callimachi ſcholia reliquiſſe. Hymnos in Iouem & Apollinem Latinis uerſib. reddidit Ioā. Lonicerus: & unum in Dianam Fr. Floridus.

Procli hymni Græci in Solem, & Venerem, & Muſas.

Hymnorum genera, proſodion, hyporchema, ſtaſimon, proſodiacū, apoſtolicon, parthenion, ſpaſinum, Cælius Rhod. 5. 3.

Hymnos dici etiam ſoluta oratione, Cælius 7. 5.

Præmium pro hymno, Cælius 21. 7.

De Romanis uatibus antiquiſſimis, eorūq; hymnis & canticis, Crinit. 16. 9.

¶ *Pars 4. De elegijs.*

De elegorum inuentore, Cælius 9. 3. Lilius Greg. Gyraldus de poetica, pag. 353. De eodem 93.

Amorum libri Apicij.

C. Valerij Catulli poemata diuiduntur in Lyrica, Elegias, & Epigrammata. Annotationes in Catullum Antonij Parthenij & Baptiſtæ Egnatij. Locos quoſdam Catulli explicauerunt M. Ant. Sabellic9, et Fr. Robortellus.

Alij Tibulli Elegiarū lib. 4. In Tibullum Bernhardus quidam Veroneſ. Locos quoſdam obſcuriores Fr. Robortelius explicauit.

S. Aur. Propertij Elegiarū lib. 4. in quos Antonij Volſci commentarij extant.

Cn. Cornelij Galli, Elegiacus liber impfectus. Gryphius Lugduni hos 4. poetas ſimul impreſſit in 8. & in 16. anno 1546.

Flores ex Ouidio, Tibullo & Propertio collectos, Gymnicus impreſſit Coloniæ.

P. Ouidius Naſo opera ſua omnia, præter Metamorphoſin, elegiacis uerſib. condidit. In omnia Ouidij opa Micylli & aliorum commentarij, partim antea, partim recētes hoc anno 1547. impreſſi Baſileæ apud Heruagium. Gymnicus Colonię Epiſtolas Heroidum ſeorſim impreſſit: item Faſtorū, Triſtium, & de Ponto libros & Amatoria ſeorſim.

In Heroides epiſtolas Ouidij ſcripſerūt, Ant. Volſcus, L.Io.Scoppa: & Iod. Badius. In eaſdem, obſeruationes Domitij Calderini, & Conſtantij Fanenſis cum alijs in eaſdem ſimul impreſſis, Venetijs.

Recta interpretatio et diſpoſitio uerſuū aliq̄t in Heroides, Aaronis Batalæi.

In Ouidij Heroides & A. Sabini reſponſiones argumenta & ſcholia marginalia Guidonis Morillonis.

In libros de arte amandi, Bartolemæus Merula. Idem in libros tres de remedio amoris.

Ouidij Triſtium libri 5.

In Ibin Antonij Volſci & Domitij Calderini Obſeruationes: & ſcholia marginalia Guidonis Morilloni.

In Nucē Ouidij Deſ. Eraſ. cōmentarius.

De pulice Elegia P. Ouidij.

P. Vergilij Maronis Elegia in Mecœnatis obitum.

¶ Angeli Politiani Elegia in Albieram Albitiam.

Antonij Syluioli Elegiarum lib. 1.

Bartolemæi Brignani Elegiæ.

Bartolemæi Crotti Elegiæ.

Conradi Celtis Amorum libri 4.

Cynthij Ioan. Baptiſtæ Gyraldi Elegiarum lib. 1.

Gaſparis Bruſchij Elegiæ.

Ioachimi Camerarij Elegiæ hodœporicæ quinq;: & aliæ duæ.

Io. Reuchlini Epigrammata & Elegiæ.

M. Tatij Alpini epiſtola Elegiaca ad Vuolfgangum Anemœcium.

Pontici Virmij Epigrammatum & Elegiarum lib. 2.

Theoderici Vlſenij Elegiæ cultæ.

Theodori Reyſman epiſtola elegiaca ad Carolum V.

Titi Veſpaſiani Strozæ Eroticōn lib. 6. Sunt autem Elegiæ amatoriæ.

Ant. Thyleſij Galatea carmīe Elegiaco.

Hen. Glareani Elegiarū libri 2. ad Huldrychum Zuinglium.

De Aldæ Ferrarienſis puellæ infelici amore Guarini Veronenſis Elegia.

## TITVLVS VIII. MINORVM *poematum, cuius partes ſunt 7.*

*Pars* 1. *Poemata minora uaria, in genere primum: deinde ſecundum argumenta quædam.*
2 *Genethliaca.*
3 *Epithalamia.*
4 *Epitaphia, & Epicedia.*
5 *Odæ.*
6 *Carmina.*
7 *Epigrammata.*

¶ *Pars* 1. *continet poemata minora uaria, in genere primum: deinde ſecundum argumenta quædam.*

POematia quędā, ut Hymnos, Syluas, &c. ſupra enumerauimus, hic reliqua ſubnectamus, ut iā ꝓpoſuimus.

Gregorij Nazianzeni poemata Græca numero 66. enumerata Tomo 1.

Poemata Licentij Afri, & Paulini: & C. Sollij Sidonij cum Ioan. Baptiſtæ Pij commentario.

Phil. Beroaldi poematia ſacra et ꝓfana.

Poemata Lilij Gregorij, Cynthij Ioānis Baptiſtæ Gyraldi, Io. Pierij, Io. Buſmanni, Franc. Patricij Seneñ.

Poemata pia & erudita Ioan. Pollij.

Poemata Porcelij, Baſinij, Trebani, impreſſa ſimul Pariſijs.

Poemata Lullij, Mani, Detmari.

Poetica ridicula opera Merlini Mantuani.

Poemata doctiſſima Antonij Thyleſij, Aeneas, Lucerna, Thetis, Charites, Aranea, Cyclops, Galatea, Arundo, Prometheus: quæ nos Baſileæ ſimul cum Aureo imbre tragœdia eiuſdem excudi curauimus, apud Ioannem Oporinum.

Laur. Mondanarij poemation.

¶ Ciris ad Meſſalam P. Vergilij Maronis: Moretū eiuſdē, &c. Vide Tom. 1.

Aetnæ poema Cornelij Seueri.
Ludus ſeptẽ ſapientum Decij Auſonij. Vide plura ſuperius circa finem partis ſecundæ Tituli 6.
Deprecatio ad Hadrianũ Cl. Claudiani. Eiuſdem de Phœnice, de magnete, de Aponis balneis, & alia plurima primo Tomo enumerata.
Cathemerinôn, id eſt, diurnarum rerum opus, Aur. Prudentij. Eiuſdem alia plurima Tomo primo recenſuimus.
In aurea carmina Pythagoræ. Steph. Niger: et Hierocles Græce & Latine Io. Auruſpa interprete.
Phocylidis ſententiæ Græcæ: & Latinæ ad uerbum translatæ.
Sententioſa diſticha & tetraſticha Gregorij Nazianzeni, iambis 232.
Catonis diſticha moralia Latine, & Grę ce reddita per Maximũ Planudem, &c. Vide plura in Ethicis.
Romulus poema Eucharij Syneſij.
Simonides Vbertini Puſculi Brixieñ.
In Carolum V. electum Cæſarem Idyllion Ioan. Alex. Braſſicani.
Naufragium Venetum Ioachimi Mynſingeri.
Turris de cœlo tacta, Anto. Thyleſij carmen.
Cygnea cantio Io. Lelundi.
Plauſus Aaronis Batalæi.
Amor poemation Camilli Palæoti.
Liuia P. Fauſti.
Galatea Actij Synceri: & Antonij Thyleſij carmine Elegiaco.
Fauſtina Cl. Budini.
De Siluia & Suriana carmen Io. Antonij Campani.
Phil. Beroaldi poemata ſacra.
Chriſtianæ ſcholæ librum ex uariorum authorũ carminib. Io. Gaſtius ædidit.
Conflictus in Chimæram Guilhelmi de Mara.
Ioan. Aurelij Augurelli Idyllia ſacra, Aſcenſus ad Deũ, Quadrageſima, Paſcha, De reſurrectione Chriſti.
Draco myſticus ſiue Venatio uerſibus hexametris Thomæ Venatorij.
Orbem uniuerſum, imperium Chriſtianæ religionis ſubire, Hieronymi Amaſæi uaticinium carmine.
Batrachomyomachia Homeri Græce, & Latine ad uerbum translata cum fabulis Aeſopi. In eandem ſcholia Philip. Melanchthonis. Super fabula de ranis & muribus Carolus Aretinus. Murium & ranarum pugna ex Homero per Ioachimum Mynſingerum.
Galeomyomachia Græce incerti authoris cũ Aeſopi fabulis Græcis impreſſa, & Latine Albano Torino puto interprete.
De cruento certamine muſcarum & formicarum Merlinus.
De pugna porcorum Publius Porcius: quod nomẽ fictum eſt. Inuenio enim Placentium Scropham ſcripſiſſe pugnam porcorum, uerſibus quorũ ſingula uocabula incipiunt à P. litera.
De ſene armato ludicrum Iaco. Locher Philomuſi.
Fabulam de piſce Carpione lacus Verbani Ioan. Pierius ſcripſit, item Leucippi fabulam.
Gigantomachia, Herculis Strozę, opus inchoatum tantum.
Soteria Io. Dantiſci.
De laude caluorum, Hugbaldus Eluoneñ.
Venatio Hadriani Cardinalis.
Vtis. i. Nemo poemation Huld. Hutteni.
Epeiſodia Simonis Lemnij, de Hioachimo Marchione Brandeburgenſi, & eius coniuge.
¶ Aduerſaria quædam poëtarum inter ſe aut contra alios ſcripta, ſi quis uolet, huc reponat, qualia ſunt.
Ouidij liber in Ibin, de quo inter Elegias diximus. De Callimachi opere in Ibin diximus aliq̃d Tomo primo ex Suida.
P. Vergilij Diræ ad Battarum, carmen execratorium.
Antimorus Germani Brixij.
¶ Hypanticon ꝓ epiſcopo Spirenſi Georgio comite Palatino, Hermãni Buſchij.
Euchariſticon ꝓ epulo Domitiani, Statius lib. 4. Syluarum.
Protrepticon ad Criſpinũ, Statius lib. 5. Syluarum.

Propempticon Metij Celeris ad legatio nem Syriacam ab imperatore miſſi, Statius lib.3. Syluarum.
Mimiambos ſcripſit Cn. Matius.
Scoptica carmina libro 2. Florile. Greci.
Io. Moriſoti ſcommata carmine Græco.
Xeniorum libellus Ioan. Vulteij.
Encomia carmine Græco, Io. Moriſoti.
Idem Moriſotus Infortunia, Vltiones, & Threnodias carmine Græco ſcripſit.

¶ *Pars 2. De Genethliacis.*

Genethlia carmine Græco, Io. Moriſoti.
Genethliacon Eduardi principis per Io annem Lelundum.
De natali ſuo, Martialis noſter loco 2.
Genethliacon principis Luſitaniæ per L. Andream Reſendium.
Genethliacum ad Auſonium nepotem Decij Auſonij.
Genethliacæ orationes proſa ſcriptæ, ſi quæ ſe offerēt, referantur ad Genus Demonſtratiuum, cui locum aſſigna uimus in Rhetoricis titulo 9.
In hiſtoricis etiā Genethliacos aliquot commemoratos puto, in illorum nominibus in quos conſcripti ſunt.
Genethliacon Vuilhelmo iuniori Cattorum principi per Io. Lonicerum.
Carmina in Natalē Chriſti alio loco dicentur.

¶ *Pars 3. De Epithalamijs.*

Epithalamia duplicia, Theocritus Idyllio 18.
Epithalamion ex Vergilianis uerſibus, Decij Auſonij.
Epithalamium Græcum Iuſto Studæo, per Ioan. Lonicerū: & idem Latinis uerſibus redditū ab Eobano Heſſo.
Epithalamium Græcū & Latinū Creutero per Ioan. Lonicerum.
Epithalamion Stellæ et Violantillæ, Sta tius Syluarum lib. 1.
Epithal. Palladio & Serenæ, Cl. Claudiani. Item Honorio & Mariæ, eiuſdem.
Epithalamia duo Sidonij epiſcopi Auer norum, alterum Ruricio et Hiberiæ, alterum Polemio.
Epithalamium Cynthij Ioan. Baptiſtæ.
Epithalam. Sertij Polenſis Paraſiti.
Epithal. nobiliſſimi iuuenis Oſualdi ab Ecche in Volphs Ecche, &c. Per M. Tatium Alpinum.
Epith. Michaëlis Hoſpitalis per Huber tum Suſannæum.
Epithalamia 7. Auguſtini Dathi.
Epithal. Melchioris Aonij.
Epith. Iacobi Micylli.
Epith. in nuptias doctoris Huldenrici Mordyſſij per Gaſparem Bruſchiū.
Epith. Georgij Sabini et Annæ filiæ Me lanchthonis per Matthiam Illyricū.
Iaſonis Mayni Epithalam. pro Blancha Maria.
Lilij Gregorij Epithalamia.
Epithal. in Io. Sinapium Cynthij.

¶ *Pars 4. Epithaphia, Luctus, Funera, Monodiæ, Næniæ, Apotheoſes, Tumuli, Epicedia.*

Epitaphium, uel Epitaphiū Epigram ma dicitur, quod ſepulchro inſcribitur, ſiue carmine ſiue proſa: id breue eſt, & ſæpe ſine luctu uerbis expreſſo. Epicedia non inſcribuntur tumulis, lugent & conqueruntur, & laudant defunctum, carmine fiunt, & prolixiora ſunt. Nam ſi ſoluto ſermone conſtent, funebres orationes dicuntur, de quibus in rhetotoricis in Genere demonſtratiuo diximus: aut conſolatoriæ, de quibus in Ethicis ubi de morte. Apotheoſis proprie gentiliū eſt, ut Iulij Cæſaris & Romuli & aliorum inter deos relatorum. Qui mos Eccleſiam quoq; Chriſtianam inuaſit, ut defuncti quidam ob uitæ ſan ctimoniam, aut miracula mortem ſecuta, diui exiſtimarentur, & diuino honore affecti templis magnifice ſtructis in uota mortalium uocarentur. Modeſtius aliqui Apotheoſin dixerūt laudabilem defuncti alicuius qui ſancte pieq; uixerit memoriam.

Epitaphia multa tum carmine tū pro ſa ſcripta, inuenies in libris qui cōtinent Inſcriptiones antiquas, quibus pecularem locum in hiſtoricis dabimus.

Eurymedontis Epitaphium, Theocritus epigrammate 7. & 14. & Clitæ epigrammate 17. & Adonidis Idyllio 27.
In iuuenes & puellas (νέους καὶ νέας) epitaphia

taphia Florilegij Græci lib. 3. ſectione 23. Totus hic liber tertius epitaphia habet.

Epitaphium Græcum in Ludouicum Tornicen, extat Venetijs apud S. Antonium.

Epitaphia uirorum illuſtrium P. Vergilij Maronis.

Hieronymi Stridoneñ. Epitaphia in Nepotianum, Lucinum Beticum, Paulam, Bleſillam filiam Paulæ, Marcellam uiduam, & Fabiolam, Tomo 1. operum eius.

Ad Vrſum Epicedion ſiue cõſolatio de puero Pileto quem amiſerat, Statius lib. 2. Syluarum.

Epicedion in Glauciam puerum Melioris Atedij, ibidem.

Epicedion in patrem, D. Auſonius, & Statius lib. 5. Syluarum. In filium ibidem.

Declaratio Epitaphij cuiuſdã Romani, Antonius de Gueuara epiſtola 24.

Næuij, Plauti, et Pacuuij epigrammata, quæ facta ab ipſis, eorum ſepulchris inciſa ſunt, Gellius 1. 24.

¶ *De Epitaphijs recentiorum, in pueros, mulieres, & uiros.*

De Lucij filij morte querelæ iambis 46. Ioan. Iouin. Pontani.

Deploratio Luciæ filiæ defunctæ, apud eundem lib. 5. de ſtellis.

Vxoris Ariadnæ mortem deflet Meliſeus, in Meliſeo Aegloga Pontani. Videtur autem per Meliſeum ſeipſum intellexiſſe: Nam & libro 2. de hortis Heſperidũ uxorem mortuam deflens, Ariadnam uocat.

In mortem Margaritæ Blaureræ uirginis piæ & eruditæ Epicedium Rodolphi Gualtheri.

¶ Tumuli Ioan. Moriſoti carmine Græco: Latino autem, Simonis Fagelli Villatici Tumulorum lib. 1. & Ioan. Ferrerij Pedem. lib. 1. & Ioan. Iouin. Pontani libri 2.

Ioan. Secundi Funerum lib. 1.

Ioan. Sturmij & Gymnaſij Argentoratenſis Luctus ad Ioach. Camerariũ, cum epitaphijs Io. Sapidi.

Epitaphia per Lud. Bigis, in cœleſtes.

Epitaphia multa leguntur in Hypnerotomachia Poliphili.

Epitaphia & alia Epigrãmata ueterum per Ioachimum Camerariũ collecta: & ipſius Ioachimi & Micylli quædã.

Næniarum & Epitaphiorum liber Guilhelmi de Mara.

Epicedia Helij Eobani Heſſi in obitum clarorum aliquot uirorum, quos nominauimus Tomo 1.

Epicedia clarorum uirorum Eduardi Lei.

Epicedia Iac. Micylli.

Epicedia Cynthij de obitu Alfonſi Eſtenſis.

Ioach. Vadianus ſcripſit Epitaphiũ Rudolphi epiſcopi Herbipoleñ.

In B. Platinæ mortẽ Antonij Militiani & plurium aliorum carmina, in fine operum Platinæ ædita.

Querimoniæ & epitaphia mortis Ioan. Frobenij, & Martini Dorpij: impreſſa Baſileæ cum alijs quibuſdam.

Monodia in Deſ. Eraſmũ Friderici Nauſeæ. Epicedion in eundẽ Helij Eobani Heſſi.

Apotheoſis Simonis Grynæi, Rodolphi Gualtheri Elegia.

Eiuſdem Gualtheri Epicedia funerum Eobani Heſſi, Heinrychi Lafateri, Nicolai Partrigij Angli, et Friderichi Piſtorij Niddani.

In mortem Thomæ Viati Næniæ Ioan. Lelundi.

Epitaphium Odiliæ & de eius filio, per Deſ. Eraſmum in fine Tomi 5.

Monodia ad imperatorẽ Emmanuelem Palæologum, neſcio cuius authoris Græce extat. Eſt autem Monodia lugubre carmen, ſiue funebre, ſiue alterius generis: ut etiam Nænia: Epicedion funebre tantum eſt.

Threnodiæ Io. Moriſoti, carmĩe Græco.

¶ *Pars 5. De Odis.*

Q. Horatij Flacci Odarum ſiue carminum libri 4.

Eiuſdem Epodon.

In Horatij Odas Ant. Mancinelli commentarius. In eaſdem annotationes exceptæ Io. Sinapio prælegente. Vide Tituli 5. parte 2. qui in omnia Horatij opera ſcripſerint.

Odarum Horatij concentus, cum quibuſdam alijs carminum generibus. Earundem argumenta, genus, ac ratio: unà cum inſignioribus & odis & ſententijs. Egenolphus hac inſcriptione libellum excudit Francfordię in 8. chartis 7. & dimidia.

Odas ædiderunt Io. Pierius, & M. Hieronymus Vida.

Odarum lib. 1. Ioan. Secundi. Libri 4. Salmonij Macrini, & totidem Petri Burri: & libri 10. Fran. Philelphi.

Odæ, Epodos, & ſeculare carmen Conradi Celtis.

¶ *Pas 6. De Carminibus.*

Græci quidem Epos per excellētiam de hexametro tantum & heroico uerſu dicunt, & Epopœos poetas qui hoc genere ſcribunt: Latini carmina non unū genus, ſed omnes, ni fallor, uerſus in quibus pedum & ſyllabarū quantitatis ratio habetur, appellant. Niſi quod breuiora & ueluti epigrammata, etiam carmina appellant, ut carmen hexaſtichū, diſtichum, tetraſtichum: ut omne quidem epigramma, carmen ſit, non omne autem carmen epigramma: utrunq; argutū eſſe debet, & breue, ut paucis uerſibus conſtet: ſed hoc intereſt quod epigrammata eius argumenti eſſe oportet, quod apte alicubi inſcribi aut inſculpi poſſit, quare breuius etiam & argutius carmine eſſe debet. Carmen cuiuſcunq; argumenti ſit, parum refert. Sed grammaticorū eſt hæc melius explicare. Nos eam ob cauſam ſolum Vocabulorū differentias rimamur, ut rerum etiam diſcrimina & Locos ſecundum eas diſtinctos commode ſtatuamus. Dicemus igitur primo qui Carminum libros ſcripſerint: deinde ſimpliciter qui carmina quædam non iuſtis libris, nec expreſſo argumēto, ut ſchedulæ noſtræ ex quibus hæc deſcribimus ſe nobis offerent: poſtremo, qui certi argumenti carmina, aut carminū libros ædiderint. Quod ſi quis nonnulla hic poſita, in primam huius Tituli partem inter poematia ſimpliciter referre malit, pro arbitrio faciat.

Q. Horatij Carminum libri 4.

Catulli carminum liber. Sunt etiam apud Tibullum, Propertium, Martialem, & in Florilegio Græco, & alios epigrammatum ſcriptores aut collectores, quæ Carmina potius quàm Epigrammata uere dici debeant, ſed apud multos indifferenter hæc nomina uſurpantur.

Hercules Stroza, Rodolphus Auantius, Io. Draconites, Iacobus Vuimpfelingus, & Adam Vuernerus, ſinguli ſingulos Carminū libros ædiderunt.

Stephani Doleti carminū libri 2. & rurſus libri 4.

Conradi Celtis carminum libri 4.

Carmina 12000. Hermolai Barbari.

Carmina tumultuaria Ludouici Bigis.

Carmina Arnoldi Fer. (fortè Ferroni.)

Carmina P. Fauſti. Io. Stigelij.

Huberti Suſannæi carminum farrago. Eiuſdem ludi quidam, Carminum opinor.

Carmina 70. Sulpitiæ.

Carmina multa Aniſij abbatis.

Antonij Mancinelli carmina uaria.

Eiuſdem ſeculare carmen.

Buslidij cuiuſdā carmina in libro ſcholæ Chriſtianæ excuſa.

Carmina Rodulphi Langij ad Decanū Colonienſem.

Amorum liber Phil. Callimachi.

Amorum libri 2. Ioannis Pontani.

De amoribus Guilhelmus de Mara.

Baſiorum lib. 1. Ioannis Secundi Hagienſis.

Deliam amantem grandi uolumine celebrauit Gerardus Dicæus.

In Cupidinem Ludouicus Miſotheus, carmine puto.

¶ *Pars 7. De Epigrammatibus.*

Epigrammata diuerſorum generum ſunt, quædam proprie ſic dicta, quod inſcribi ſolerent, unde etiam Inſcriptiones quidam Latine dixerūt: uel ad memoriam, ut epitaphia epigrammata tumulis, & columnis aut trophæis Epinicia, tabulis ædium ſacrarum Soteria, & plura huiuſmodi, ubi authorum & temporum nomina commemorantur: uel ad ornatum, qualia ſunt Martialis diſticha, Andreæ Alciati Latina & reddita eadem Gallice Emblemata; niſi quis

Emblemata tanquã hieroglyphica quædam habere uelit, quæ ad occultam ſignificationem inſcribebantur, non literis, ſed diuerſis animalium & aliarum rerum figuris. Hæc & huiuſmodi omnia epigrammata dicuntur Græco uocabulo: ſed differentiæ cauſa, epigraphæ potius dicentur ſi proſa conſtent: epigrammata, ſi uerſibus. De epigrammate ſupra etiam diximus ab initio partis ſextæ huius Tituli: & Titulo 3. de Idyllijs. Quidam per totum librum carmina, paucis illa quidem uerſibus incluſa, ſed eiuſdem argumenti omnia compoſuerunt, ut ille in Deliam amantem, & exercitia nonnulli rem eandem uarijs uerſibus exprimendi, quæ nos inter epigrammata non cenſuimus.

De Epigrammate pulcherrimo, Angel. Decembrius parte 69.

De Epigrammatibus qualia eſſe debeant, epiſtola Simonis Vallamberti ab initio epigrammatum eius: item epigrammate antepenultimo: De eodem epigramã eſt apud Martialem.

Epitaphia epigrammata plurima libro 3 Florilegij Græci.

Tria epigrammata trium ueterum poetarum, Næuij, Plauti, Pacuuij, quæ facta ab ipſis, eorum ſepulchris inciſa ſunt, Gellius 1. 24. Sed Epitaphia parte quarta huius Tituli digeſſimus: hic teſtimonij tantum gratia hæc citata ſint, ut diſcant tyrones epitaphium ſimpliciter uel carmine uel proſa intelligi, epitaphium epigramma carmine tantum.

¶ *De Græcis epigrammatibus.*

Angeli Politiani epigrammata Latina & Græca.

Cyri Theodori in utrunque Teſtamentum tetraſticha.

M. Muſuri Cretenſis epigrammata.

Ioachimus Camerarius collegit uaria epigrammata Græca ueterum poetarum, & epitaphia: quibus & ipſius Ioachimi quædam, & Iacobi Micylli epigrammata adduntur. Heruagius excudit Baſileæ 1538. in 8. chartis 10.

Pindari epigrãmata uerſibus heroicis.

Theocriti epigrammata 19. & poemata artificioſa, Securis, Ala, Pterygium. Quæ ad Theocritum in uniuerſum pertinent, dicta ſunt ſupra Titulo 3. huius libri.

Agathias Smyrnæus Daphnica epigrãmata collegit. Eadem Maximus Planudes caſtrauit turpioribus reſectis, Anthologij titulo. Græce extant in Italia cum commentarijs: & Epigrammata ſelecta cum technologia Græce Romæ. Anthologium Græcũ ſine collectoris nomine, Venetijs primum ab Aldo, deinde Pariſijs impreſſum eſt. Et commentarij Latini in idem Vincentij Obſopœi. Tiguri quoque ſelecta quædam epigrammata Græca ex eodem opere, cura Iacobi Ceporini excuſa ſunt cũ eiuſdem grammatica. Item in libello quodam ſeorſim in 16. Græce & Latine Coloniæ puto excuſo olim.

¶ *Authores Græci, quorum epigrammata extant, in Anthologio Max. Planudis, ordine alphabetico enumerati: quot autem epigrammata ſingulorum & quibus libris habeantur, Tomo primo indicauimus in ſingulorum nominibus.*

¶ Abbianus, Aceratus grãmaticus, Adæus, Addæus Mitylenæus, Addæus Macedon, Adrianus princeps, Adrianus Cæſar (aliâs Germanicus) Aegis, Aemilianus, Aemilianus Nicæenſis, Aeſchylus, Agathias ſcholaſticus, Alcæus Meſſenius, uel Alcæus ſimpliciter: Alexander ſimpliciter, & Alexander Aetolus: Alexis, Alpheus Mitylenæus, Ammianus, Ammonides, Anacreon, Antiochus, Antipater ſimpliciter, & Antipater Macedon, & Antipater Sidonius, & Antipater Theſſalonicenſis: Antiphanes ſimpliciter, & Antiphanes Byzantius: Antiphilus ſimpliciter & Antiphilus Byzantius, Antiſtius, Antonius Argeus, Anyte, Apolinarius, Apollonides, Apolloniꝰ Smyrnæus, Arabius ſcholaſticus, Aratus, Archias, Archelaus, Arenæus Rhephendarius, Argentarius, aliâs Marcus Ar-

gentarius,Ariſton, Aſclepiades, Athe- nodorus, Automedon, aliâs Automedon Cyzicenus.

¶Baſſus,aliâs Baſſus Lollius,Bianor, Bilantinus,Boëthus.

¶Callicerus,Callimachus,Callinius, Callius Argius, Carpyllides aliâs Carphylides, Cerealius, Chæremon, Chreſtodorus aliâs Chriſtodorus Thebanus Copites, Claudianus, Cometes ſcholaſticus, Cometes Chartularius, Cornelius Longinus, & ſimpliciter: Coſmas mechanicus, Crates philoſophus, Crates cynicus, Crinagoras, Cyllenius petianus,Cyrillus,Cyrus poëta, Cyrus ab hypatis.

¶Damagetus, Damaſcius, Damocharis grammaticus, Democharis, Demaratus, Demetrius Bithynus, Democritus,Demodocus,Diocris,Diodorus, Diodorus Sardianus Diopithes, Diogenes epiſcopus Amiſi, Dionyſius, Dionyſius Cyzicenus, Dionyſius ſophiſta, Dioſcorides, Diotimus, Duris Eleates.

¶Epigonus Theſſalonicenſis, Eratoſthenes,Eratoſthenes ſcholaſticus, Erinna, Erycius, Euclides, Euenus, Eugenes, Euodus, Eupithius Athenienſis, Eutolmius,Eutolmius Illuſtrius.

¶Flaccus.

¶Gabrielius Hyparchus, Gætus, aliâs Gaitus, Gætulius, Gallus, Geminus, Germanicus Cæſar, Getullicus, Glaucus,Glaucus Athenienſis.

¶Hecatæus Thaſius, Hegeſippus, Hedylus, Hercius, Hermiodorus, Heraclides,Heraclides Sinopeus, Hermocreon, Hermodorus, Hetruſcus Meſſenius,Homerus.

¶Ioan. poeta Barbucalus, Io.grammaticus, Ion, Iſidorus Aegeates, Iſidorus ſcholaſticus, Iſidorus ſimpliciter,Iulianus ſimpliciter, Iulianus ab hyparchis,Iulianus Aegyptius, Iulianus Antìcenſor, Iulianus rex, Iulius Diocles, Iulius Leonides,Iulius Polyænus.

¶Leo philoſophus, Leonides Alexandreus, Leonides Tarentinus, Leonides ſimpliciter, Leonteus, Leontius ſcholaſticus, Lollius, Lucianus, Lucillius.

¶Macedon idem puto qui Antipater Macedon,Macedonius hypatus,Mecias,Magnus medicus,Marcus Argentarius,Marcus iunior,Marianus ſcholaſticus, (Maximi monachi ſcholium) Meleager,Menander,Mencorates, Menecrates Smyrnæus, Mercurius triſmegiſtus,Meſomedus,Metrodorus,Michaëlius grammaticus, Mimnermus, Mnaſalcus, aliâs Mneſalcus, Mneſarchus, Moſchus,Muſicius,Myrinus,Myro.

¶Nero,Neſtor,Nicænetus, Nicander, Nicarchus, Niceratus, Nicias, Nicodemus Heracleotes (in Nicolaum Alexandrinum patriarcham) Nicomedes,Nilus ſcholaſticus,Noſſis.

¶Oenomaus,Oneſtes,aliâs Oneſtes Corinthius,Orpheus.

¶Palladas, Pamphilus, Pancratius, Parmenides Macedo, Parmenio, Parmenio Macedon, Paulus Silentiarius, Peritus, Perſes, Phacellus, Phaënnus, Phanias, Philippus, Philippus Macedon,Philodemus,Philon, Philoſtratus, Pinytus, Piſander, Plato, Plato iunior, Polemon rex,Polyænus,Pollianus, Polyſtratus,Pontianus, Pompeius, Pompeius iunior,Poſidippus,Ptolemæus.

¶Rufus domeſticus,Rufinus.

¶Sabinus,Sammias, Sappho, Sarapion, Satyrus, Satyrius, Satyrus Thyillus, Secæus, Secundus, Simmias, Simonides,Sophronius patriarcha Hieroſolymitanus,Speuſipp9, Statyllius Flaccus,Strato,Syneſius philoſophus,Syneſius ſcholaſticus.

¶Thallus, Theætetus ſcholaſticus, Theocritus, Theodorides, Theodorus, aliâs Theodorus grammaticus,Theodorus Anthus,Theognis,Theon Alexandrinus, Theophanes, Theoſebia, Thomas patricius, Thomas ſcholaſticus, Tryphon Hermes, Thyillus idem puto qui Satyrus Thyillus, Tiberius, Tiberius Illus,Tillius Laureas,Timon, Traianus rex, Troilus grammaticus, Tyllius Geminus, Tymnes.

¶Xenocrates, Xenocritus.

¶Zanus,Zelotes, Zenobius grammaticus,Zenodotus, Zonâs,Zoſimus, Zoſimus Thaſius.

¶Epigram-

*Epigrammatum Latinorum poetæ ueteres.*

Epigrāmatum fragmenta P. Ouidij Naſonis, nuper inuenta.

Autorum diuerſorum epigrammata in priapum, poſt Aeneidem in quibuſdam æditionibus excuſa, incendio digna.

C. Valerij Catulli carminum liber diuiſus in Lyrica, Elegias, & Epigrammata.

M. Valerij Martialis Epigrammatum libri 14. In eoſdem Annotationes Domitij Calderini, Georgij Merulæ, & Iacobi à Cruce, & ſcholia Micylli. Nicolaus Perottus in Commentarijs ſuis in primum Martialis librum totam ferè linguam Latinā obiter enarrat, ut merito Cornucopiæ inſcribantur. Nos turpia & impudica omnia reiecimus, cætera in locos quoſdam digeſſimus. Id quod Herm. Buſchius in primum tantum librum præſtitit, cui etiam ſcholia adiecit, quanquam idem in reliquis libris facturum ſe pollicitus.

Decij Auſonij epigrammata 113.

Chartæ luſoriæ cum uarijs quatuor poetarum ſententijs, Ouidij puto, Horatij, Plauti, & Senecæ, excuſæ Pariſijs apud Vuechelum.

C. Sollij Sidonij Epigrammatum lib. 1.

Proſperi Reginenſis epiſcopi epigrammata.

*Epigrammata Latinorum poetæ recentiores, ordine alphabeti.*

Andreæ Alciati Emblemata. Eadē Gallice reddita Pariſijs exiuerunt.

Angeli Politiani Epigrammata Latina & Græca.

Antonij Codri epigrammatum lib. 1.

Antonij Goueani & Antonij Mancinelli epigrammata.

Antonij Syluioli epigram. lib. 1.

Auguſtini Beatiani epigrammata.

Baptiſtæ Mantuani Epigrāmata ad Falconem.

Baſinij Parmenſis epigrammata.

Benedicti Iouij epigrammata.

Cantalitij epigrammata.

Claudij Roſſeletti epigrammata uaria.

Cynthij Ioan. Baptiſtæ Epigrammatum libri 2.

Fr. Nigri Epigrāmata aliquot, cum deſcriptione Rhetiæ ipſius.

D. Eraſmi Epigrammata uaria, Tomo 1. operum eius.

Epigrammatum libelli Domici Palladij Sorani: quibus multa inſunt amatoria & nimis impudentia.

Gaſparis Bruſchij epigrammata.

Georgij Aemylij epigrammata ad imagines mortis.

Georgij Læti epigrammata uaria, non ædita.

Gilberti Cognati Nozereni Epigrammata.

Gilberti Ducherij Epigrāmatum lib. 2.

Guilhelmi Caſtalij Epigrammata.

Herculis Strozę epigrāmatum libellus.

Hermici Caiadi & Huldrychi Hutteni epigrammata.

Epiodion de morte Plutonis & reliquorum dæmonum, Iacobi Locher Philomuſi.

Iacobi Micylli epigrammata in Icones imperatorum.

Iacobi Vuimpfelingi epigrammata.

Ioachimi Mynſingeri epigrammatum lib. 1.

Iodoci Badij Epigrammata.

Ioan. Alexandri Braſſicani epigram.

Ioan. Draconitis epigrammatum liber.

Ioan. Ferrerij Pedemontani Epigrammata.

Ioan. Hildenshemenſis epigrammatum lib. 1.

Ioan. Pierij epigrammata.

Ioan. Pontani Baiarum libri 2. Eiuſdem hendecaſyllabi amatorijs & nimium laſciuis carminibus referti.

Epigrammata & Elegiæ Io. Reuchlini.

Ioan. Rhagij Epigrammata, & Ioan. Sapidi.

Ioan. Secundi Hagienſis epigrāmatum lib. 1.

Epigrammata 70. Sulpitij.

Ioan. Vulteij Remeñ. Inſcriptionum libri 2.

Lamperti Benedictini epigrammata.
Ludouici Bigis epigrammata.
Michaëlis Marulli & Michaëlis Verrini epigrammata.
Maphei Vegij epigram.
Nicolai Borbonij epigrãmata et Nugæ.
Octauij Cleophili Epigrammatum libri 6.
Pamphili Saxi epigrammata.
Petri Bolandi plebani Schrieshemię epigrammata & carmina diuerſa.
Petri Bonomi epigram.
Petri Burri epigrammatum lib. 1.
Philippi Melanchthonis epigrãmatum farrago, Tomo quinto operum eius.
Pontici Virnij epigrammatum & elegiarum libri 2.
P. Fauſti Foroliuieñ. diſticha.
Remacli Florenati epigrammata.
Sebaſtiani Brant epigrammata.
Simonis Vallamberti Hedui epigrammata.
Simonis Fagelli Villatici epigrammatum libri 3. & Diſtichorum lib. 1.
Theodorici Vlſenij epigrammata.
Thomæ Mori epigrammata.
Titi Veſpaſiani Strozæ Aeoloſtichon, id eſt, uariorum uerſuum libri 3.
In Eduardum Leum quorundam è ſodalitate literaria Erphurdieſi, Eraſmici nominis ſtudioſorum epigrammata, excuſa Moguntię 1520. in 4. chartis 3.

FINIS LIBRI QVARTI DE POETICA.